a Pœna arbitraria puniturisqui condemnatum eripuit: quæ etiam capitalis esse potest *v. Bal. hic. & Bosium tit. de Captura 3 nu. 15. 16. 17. & 18.* b nota episcopi munus.
c Delicti monachorum ab episcopis iunt vindicanda.
d *v. l. 29. j. de appellation.* e Iunia tamen hæc lex videtur ex *l. 10. C. Theodos.* de iurisdictione, & vbi quis conueniri debeat *tit. 1.* Est enim eorundem imperatorum & ad eundem Eutychianum nisi quod illa de Iudeis, hęc de Christianis loquitur, illa Constantinopoli, hęc Mediolani scripta est.
f Idem licuit Iudęis apud suos Patriarchas, *d. l. 10. C. Theod.*
g In ciuili negotio tales possunt in episcopum quasi arbitrum & cognitorem, compromittere: eiusque iudicio firmum erit: latũ tamen aduersus solos præsentes. h adfuisse *Hal.*
i Episcopus compparatur præfecto prætorio *vt hic.* vt & alibi coniuli, *in Auth. sed episcopatus 34. 5. tit. prox.*
k nostris defertis.
l à præfecto prætorio non appellatur, sed supplicatur *l. vnij. de sententiis pref. pret. l. 19. j. de appell.*

m si prorogatio sit seu cõsentitur in iudicio à cuius sententia nõ appellatur, in causa autem prorogata appellari non potest. *Barbius Index Romanus singulari 11.*
n *quod si ita legas*, definitio executioni tribuatur.
o Contradictio animo appellandi, est species appellationis *Bal.*
p Sententia rectè lata confirmanda.
q ne dicas simpliciter, Eum qui sententiam con firmat, eam exequi. Secundus iudex hîc sententiã exequitur, quia prætori, episcopo, nulla competebat executio. Et ita secularis magistratus rogatus ab episcopali magistratu sententiam exequi debet, *facit l. 5. j. de iurisd. adde Rolandi à Valle 1. consil. 37. num. 1.* Quod si quæras cuius iudicis sit exequi, sic habẽdum est, in criminalibus, vt sæpius, remitti reũ ad locum delicti. In ciuilibus absolutoriã sententiam secum trahere executionem: correctoriam, executioni mandati à secundo iudice: quia ex ea ius oritur. Confirmata sententia iudicio secundo non vtriusque est executio, sed iudicis secundi. Confirmata tempore, ceu desertione appellationis, prioris *v. Bald. hic.*
r Seculares iudices possunt causas episcopis delegare.
s *Lex 7. Cod. Theodos. de custodia reorum lib. 9.*
t aliis etiam diebus episcopi tenentur id facere *leg. 22. j. eodem.*
u sensus est, Diebus dominicis præsides debere custodias inuisere: & curare vt commentarienses eos tractent humaniter, eisque, (nisi de suo viuant) præbeant & alimonia & lauacra.
x fortè in intimis tenebris *l. 13. de custod. reor. 9. C. Theodos. 3. l. 7.*
y *d. l. 7.* Libelli, tuntne libræ farris, vt vult lex 12. tabularum, *apud Gell. 20. c. 1.* aut, vt *ibidem* vult Fornetius 1. *cor. 6.* lelibræ? Libella hîc, funtne libra (à libo deducta) vt vult Accursius? An potius vox *Libellus* à libro deducitur, vt putat Spigelius? An verò à pluralibelli libella (libræ diminutiuo) deriuabitur? quod Alciatus putat *1. Parerg. 17.* eo scilicet sensu, vt chœnix victualis substantiæ custoditis sit præstãdus. An potiùs cum Forcatulo *c. 23. pœnus in f.* dicemus legendum *Libellis duabus.* in fœminino. eáque voce nummos significari? vt sit sensus: In carcerem coniectis, istique egenis pecuniam ex publico dari, quanta ad tenuem alimoniam satisfecerit, eámque custodiis emi à commentariensi, sumptibus duatum aut trium libellarum.
z vt commentariensi *d. l. 7.* & malè, sic lege commentariensi.

tiam omnibus ciuitatibus depelli decernimus. Quòd [k] si hoc non fecerint, & contra clementiæ nostræ salubre constitutum in ciuitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui & professionis insinuauerint: deportationis pœnam excipiant. Dat Kal. Feb. Rauen. Honor. V III. Theodosio III. A A. Conss. 409.

De reuersis ab hostibus.

11. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio.

CHristianos [l] proximorum [m] locorum volumus solicitudinem gerere, vt Romanos captiuos, qui reuersi fuerint, nemo teneat [n], nemo iniurijs aut damnis afficiat. Dat. III. Idus Decemb. Honorio V III. & Theodosio III. AA. Conss. 409.

De lenonibus.

12. Impp. *Theod. & Valentinia.* Florentio præfecto prætorio.

SI [o] lenones patres & domini [p] suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint: liceat filiabus & ancillis, episcoporum [q] implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absoluiri. Dat. f Kal. Maij, Felice & Tauro Conss. 428.

De clericos lite pulsantibus.

13. Imperator *Marcianus* A. Constantino P. P.

DEcernimus: vt [r] quicunque catholicarum ecclesiarum, quæ sub viro religioso archiepiscopo huius [u] almæ vrbis sunt, reuerendissimum œconomum, (siue de ecclesiasticis, siue de propriis, & ad ipsum solum pertinentibus causis) vel quemcunque alterum earundem ecclesiarum clericum aliqua voluerit lite pulsare: apud [x] memoratum beatissimum archiepiscopum causam dicat, in negotiis audiendis fidem ac synceritatem geminam [y] præbiturum, & sacerdotis, & iudicis. volentibus [z] tamen actoribus pateat episcopale iudicium. ac nullus, qui huiusce modi intendit in sacrosanctas ecclesias, vel in prædictos clericos actionem, ad religiosissimum antistitem ducatur inuitus. Dat. V III. Aprilis. Varari & Ioanne Conss. 456.

De lenonibus. 1. Ne mulier inuita coniungatur mimisant choris, aut aliud spectaculum in theatro agat.

14. [a] Imperator *Leo* ad populum.

NEque seruum neque liberum corpus, sit, qui [b] audeat in meretriciam vitã producere, aut prostare, siue thymelicus [c] fuerit, siue alio pacto scenica persona. ac, si mancipium sit, quod prostat, in libertatem vindicetur à quocunque sine vllis sumptibus apud eius oppidi magistratum aut episcopum. I ¶ Quib. curæ erit, ne etiam inuitam mulierem liberam, aut ancillam coniungi patiantur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro [d] agere inuitam.

De aduocatis.

15. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Nicostrato P. P.

NEmo [e] vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quenquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi [f] sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid, quoquo modo, vel quadam etiam machinatione, factum, vel attentatum fuerit: officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri iacturam pro condẽnatione sustineat. idem verò quicunque ausus fuerit, contra prouidum nostræ serenitatis decretum, officium aduocationis per surreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit, ab aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis ac perpetui exilij specialiter sustinebit, scituris etiã, quinciania

a decretis: quorum, &c. *Hal.* de cretis quorum, &c. *d. l. 7. Co. Theodos.*
b Si vera est lectio Alciati & Forcatuli legendum est *quorũ*, nec enim vox libellis libri aut libi diminutiuum est sed libræ: nisi eo relatiuo in telligamus ipsos nummos. vt sit sensus: Commentariensi duas aut tres libellas dinuras, pauciores vel plures, in vsum custodiarũ, quæ inopes sunt decerni. Ego verò ita legendum puto, quæ proficiant alimoniæ, & sumptib. pauperum, quos ad lauacrum, &c.
c id est, mimistria.
d *v. huius tit. Epigraphen.*
e VIII. *d. l. C. Theod.*
f *l. vlt. C. Theod. de maleficiis & mathematicis* & his similibus *l. 9. Syn. Basil. 1.* περὶ μαθηματικῶν *ca. 17.* Mathematici, sunt impostores. qui mathematicorum liberali nomine adumbrantes ineptias suas, profitentur se fata cuiusque nosse, & nativitatias sydertum ob scrutinia vel ab ortu.

di facultas 5. *Cod. Theod. 4. l. 2.* h sub iure pignoris. o Pars legis 2. C. Theodos. de Lenonibus lib. 15. Extat & eadem hæc lex in l. 63. de spectaculis lib. 11. tit. 40. *Syn. Basil. 60. tit. 38. c. 1.*
p sed & redemptores *l. 7. j. de postlim. reuersis.*
q *leg. 63. de spectaculis, lib. 11. tit. 40. 13. C. Theod. 9. leg. vlt.*
r fiunt sui iuris patria potestate hunc in modum soluta *d. c. 1.*
s *Dat. XI. Cal. v. leg. vlt.*
t *adde l. 23. ff. de episcopis.*
u *l. 34. §. 3. ff. de episcopis.* x *d. §. 3.* hæc lex abrogatur *l. 29. in pr. j. eo.*
y Personam duorum sustinere quis interdum potest, sacerdotis & iudicis *vt hic.*
z *v. l. 25. l. 35. ff. de episcopis.* a Interpretatio Antonij Augustin. b *v. l. vlt. j. de nupt.*
c *de quo vide l. 10. ff. de pollicitat.* d *l. 33. j. eod.* e *l. vlt. j. de postulando. Nou. 112.*
f *v. l. 9. j. de diu. off.* Non alia ratione Iustinianus Gilimeri negauit patriciatus dignitatem, quàm quod Arrianus esset *Procopius.* Hinc collige, non alios quàm Christianos orthodoxos ad Reipublicæ cutam vel administrationem, vel institutionem admitti, *adde l. 5. §. eod. 19. j. eo. l. 18. j. vt. prox. Nou. 8. c. 4.*

h *v. l. 63. j. de haereticis.*
i id est, ac iureiurando dato, se nunquam in eum errorem relapsuros.
k Tribonianus hîc somniauit. Rectius Graeci *εἰ μὴ πιστοὶ*, i. fi postea. vt sit sensus, si post hanc legem latam.
l Pars vltima legis vltimæ Cod. Theodos. de *postliminio lib. 5.* Porro Christianorũ voce hîc maximè intelligit, Episcopos Christianorum.
m sensus est, Subditi Romani hostium vicini, operam dare debent, vt captiuis Romanis libera ad suos sit redeũ

a pars *l. 5. infin. j. de sponsalibus.*
b Iponsalia dissoluuntur propter religionis diuersitatem *vt hic.* adde *l. 3. de Iudaeis. Harm. 4. tit. 5. §. 1.* & Harmen. *4. tit. 1. §. 28.* in speciem magis hunc locum refert, vult enim sponsalia solui, διὰ κηρυστικὴν ἀγορευτικὴν καὶ ἀναμφίβολον διαφορὰν. Propter nouum aliquod & ignotũ religionis genus & religionum diuersitatem.
c Hi αἱρετικοὶ dicuntur Harm. *d. §. 5.*
d Interpretatio Antonij Augustini.
e *v. quæ notani ad l. 5. 3. eo.*
f αἱρετικὸς hic *adde Th. in §. de oiis in princ. tit. Inst. de milit. testam.* sedeta erant ædes *Inst. de mil. testam.* fossata, vel statiua, teste Suida. Actus dicuntur *in l. vlt. j. de restit. milit. l. vlt. j. quib. caus. cessat. Inst. de milit. test. in pr. Paget. 1. c. 4. Cutiac. consult. 49.* notat, Eum qui in expeditione fuerit militẽ, in castris, in fossato, in hybernis, in statiuis, in præliis, iure militari cessari posse. Iure militari, inquam, vel vnico teste, vt Theoph. scripsit, vel nullo, dummodo aliis probationibus legitimis cõstare possit de militis volũtate.
g *v. l. 25. de diffensionis.*
h *v. l. 9. j. de diuers. offic.*
i *adde l. 26. j. eo.*
k *v. Iust. de offi. audit. in pr.*
† Bart. negat hãc Auth. approbati cõsuetudine, sed aliam formam iuramenti introductam.
l videtur esse hæc lex Iustini. *Nou. 109.*
m *l. 9. j. de diuers. offic.* Hæc lex renouat quod antea Honorius, constituerat, &, vt Zosimus referit, nixx mutuerat propter Geneticum copiarum Dalmaticarum ducem *v. Cuiac. hic.*
n Eadem verba extant in *l. 14. §. 4. ver. sed si quidẽ præsens sit. j. de non numer.*
o pota magistratum *l. 1. D. de iniu vocando.*
p citationẽ. Hæc denunciatio manifestationis & intimationis vim habet.
q ordinario, vel episcopo, *Bart.* ordinario, inquam, iudice contractus, vbi partes fortiuntur forum *Bald.*
r aut fit suspect. Potest enim quis suspectum iudicem habere σωφρονεστέρου τοῦ ἀνωτέρου. Quòd si monitus ab episcopo iudex non obtemperet, episcopus rem omnem ad Reipublicæ cutam vel administrationem, vel institutionem admitti, *adde l. 5. §. eo. 4. 19. j. eo. l. 18. j. vt prox. Nou. 8. c. 4.*

rum rectoribus, quòd is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilij per quinquennium sustinebit. Dat. pridie Kalend. August. Constantinopo. Anthemio A. II. Conss. 468.

De arrhis sponsalitiis.

16. Iidem AA. Eryphio præfecto prætorio.

SI legibus prohibitæ [a] non sint separatæ nuptiæ, & post arras sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter religionis [b] diuersitatem [c] recusauerit: si quidem probatum fuerit, ante datas easdem sponsalitias arras, hoc idem mutiierem vel parentes eius cognouisse: sibi debeant imputare. si verò horum ignari, sponsalitias arras susceperint, vel post datas arras talis causa pœnitentiæ intercesserit: iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiantur. Quod simili modo etiam de sponsis super re cipiendis nec non arris præstitis custodiri censemus. Dat. Kalend. Iul. Martiano & Zenone Conss. 469.

De curatore fiumentario.

XVII. [d]

ELectione episcopi & primorum ciuium Sitonæ [e] fiant ex militaribus ordinibus aut ex veteranis, aut ex tyronibus, siue militaturis, qui id transgressus fuerit, tringinta libris multetur.

De annonis militum stationarior.

XVIII.

MEnites qui præsunt, & in custodia consistunt in suis (vt vocant) sedetis [f] siue stationibus, species ad se pertinentes, ex ciuitatibus, aut ex eius regionis agricolis ad suas annonas arbitratu episcopi, aut magistratus, aut defensoris, si desit magistratus, accipiant. neque cogatur collator numeratam pecuniam præstare.

De defensoribus ciuitatum.

19. Imperator *Anastasius.* A. Eustachio P. P.

IVbemus, eos tantummodò ad defensorum [g] curam petendam ordinari, qui [h] sacrosanctis orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, hæc in primis sub gestorum testificatione, præsente quoque religiosissimo fidei orthodoxæ antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrãdas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinari, vt reuerendissimorum episcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac possessorum, & curialium decreto constituantur. Dat. XIII. Kalẽ. Maij, Sabiniano & Theodoro Cõss. 505.

Auth. ex Nouell. 15. cap. 1.

PRæsides gentium per vnamquamque ciuitatem præparẽt homines non vilissimos, sed nobiliores ciuitatum habitatores: quibus aliquia ratio est bonæ opinionis constituta, nominare defensores per circulum: vt, eo expleto, rursus ad eandem sollicitudinem reuertantur: decreto facto cum iureiurando omnium possessorum in ea ciuitate consistentium: electione faciendã à Deo amabili episcopo, & venerabili clero, & aliis in ciuitate bonæ opinioni studentibus. Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare alioqui quinque librarum auri pœna coercebitur, quæ in opera ciuitatis impendetur: & post pœnæ solutionem nihilo minus defensoris officium suscipere cogetur, & iurabit, omnia secundum [k] leges & ius agere. & confirmabitur ex præcepto gloriosissimorum præfectorum nostrorum. & in biennio solo administrabit. & iudex potius, quam defensor esse videbitur: vt etiam testamenta & donationes apud hunc insinuentur, & acta apud eum componantur. & habeat νωμα exceptorem, & duos officiales ex prouinciali officio, & iudicet in causis pecuniarijs vsque ad trecentos aureos. Præterea habeat defensor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, & νωμα hominem, qui acta confernet.

De iureiurando à magistratibus præstando.

Noua constitutio Friderici Imperatoris, de statu. & conf. cut. contra libert. eccl. §. statuimus etiam. collat. 10. constit. fin.

STatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, consules, siue rectores, quibuscũque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publicè iuramentum ¶ quod de terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus suis exterminare studebunt. ita vt amodo quandocunque quis fuerit in potestatem seu perpetuam seu temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum firmare iuramento. alioqui neque pro potestatibus, neque pro consulibus, neque pro

rectoribus habeantur, eorúmque sententias ex tunc irritas iudicamus & inanes.

De iureiurando à militibus præstando.

XX. [l]

NEmo [m] militet, qui non apud acta testificatus cum tribus sit, propositis sacrosanctis euangeliis se esse Christianũ orthodoxum. fiãntque acta ad eum magistratũ, sub quo militaturus est. & duo tantũ aurei pro ea re præbeantur. Si verò id neglectum sit: dabit libras quinquaginta is magistratus, cuiusque officium viginti. qui verò militauit, x. atque à militia eiucietur. testes, qui peierauerint, in corpus punientur, illæ verò multæ Comitis periculo rebus priuatis inferentur.

De non numerata pecunia.

21. Imperator *Iustinianus* A. Mennæ P. P.

SI præsens [n] quidem sit. qui pecuniam numerasse, vel alias res dedisse scriptus est, aliquam [o] verò administrationem in prouinciis gerat, vt difficile esse videatur, denunciationẽ [p] eidem non numeratæ pecuniæ mittere: licentiam damus ei, qui memorata exceptione vti velit, alios [q] iudices adire, & per eos ei manifestare, quia exceptionem huiusmodi obiicit, factam à se super non numerata pecunia querelam esse. Quòd si non sit [r] alius administrator ciuilis, vel militaris, vel per aliquam causam ei sit difficile, qui memorata querelam opponit, eum adire, & ea, quæ dicta sunt facere: licentiam damus [s] etiam per virum reuerendissimum episcopum [t] eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere I ¶ Quod etiam in exceptione non numeratæ doris [u] locum habere, receptum est. Dat. Kal. Iul. Constantinop. DN. Iustiniano A. II. Cos. 528.

De custodia reorum.

22. [x] Imperator *Iustin.* A. Menæ P. P.

NEminem volumus in custodiam coniici absque [y] iussu gloriosissimorum vel illustrium vel clarissimorũ magistratuum huius felicissimæ vibis, vel prouinciarum, aut defensorum ciuitatum. I ¶ De his autem, quicunque coniecti aut coniciendi sunt, Deo amabiles locorum episcopos iubemus per vnam [z] cuiusque hebdomadę diem, id est, feria quarta [a], aut sexta, quæ & Parasceue [b] appellatur, eos, qui in custodia habentur, visitare [c] & diligenter inquirere causam, ob quam detinentur: & siue serui sint, siue liberi, siue pro pecuniis, siue pro aliis criminationibus, siue pro homicidiis coniecti, illustrissimos & spectabiles & clarissimos magistratus admonere, tam eos, qui sunt in hac felicissima vrbe, quàm qui sunt in prouinciis, vt ea exequantur circa ipsos, quæ diualis nostra constitutio ad illustres præfectos ea de re emissa præcepit licentia data Deo charissimis pro tempore episcopis, si quam negligentiam admissam cognouerint ab illustrissimis & magnificentissimis atque clarissimis pro tempore magistratibus, vel iis, quæ illis parent, officiis, talem ipsorum negligentiam indicandi, vt conueniens aduersus negligentes animi nostri motus insurgat. Dat. X V. Kal. Febr. CP. Decio Cos. 529.

23. Idem A. Mennæ P. P. [d]

PRiuatos [e] carceres modis omnibus in vrbibus atque in vicis constitui veramus [f]: ipsis, qui custodiuntur, Dei amicissimorum loci episcoporum prouidẽtia à detentione remissis. Dat. 12. Cal. Febr. CP. Decio Cos. 529.

De infantibus expositis.

24. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

NEmini licere volumus, siue [g] ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, siue à libertina progenie, siue seruili conditione maculatus, expositus [h] sit, cum puerũ in suum dominium vindicare, siue nomine dominij [i], siue adscriptitiæ [k], siue colonariæ [l] conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos sustulerint [m], licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione eos tollere. Sed nullo discrimine habito, hi, qui ab huiusmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti sunt, liberi & ingenui apparẽant, & sibi acquirant: & in posteritatem suam, vel extraneos heredes omnia, quę habuerint, quo modo voluerint, transmittant. Hæc obseruantib. non solùm præsidibus prouinciarum, sed etiam viris religiosissimis episcopis. Dat. Chalcedone 8. Cal. Iul. Lampadio & Oreste VV. CC. Cos. 530.

De alea seu cottis.

25. [n] Idem A. Demostheni PP.

QVæ de alea [o] siue (vt vocant) cottis, ac de eorum prohibitione à nobis sancita sunt; ea liceat Dei amicissimi

a pars *l. 5. in fin. j. de sponsalibus.*
b Iponsalia dissoluuntur propter religionis diuersitatem *vt hic.* adde *l. 3. de Iudaeis. Harm. 4. tit. 5. §. 1.* & Harmen. *4. tit. 1. §. 28.* in speciem magis hunc locum refert, vult enim sponsalia solui, διὰ κηρυστικὴν ἀγορευτικὴν καὶ ἀναμφίβολον διαφορὰν. Propter nouum aliquod & ignotũ religionis genus & religionum diuersitatem.
c Hi αἱρετικοὶ dicuntur Harm. *d. §. 5.*
d Interpretatio Antonij Augustini.
e *v. quæ notani ad l. 5. 3. eo.*
f αἱρετικὸς hic *adde Th. in §. de oiis in princ. tit. Inst. de milit. testam.* sedeta erant ædes *Inst. de mil. testam.* fossata, vel statiua, teste Suida. Actus dicuntur *in l. vlt. j. de restit. milit. l. vlt. j. quib. caus. cessat. Inst. de milit. test. in pr. Paget. 1. c. 4. Cutiac. consult. 49.* notat, Eum qui in expeditione fuerit militẽ, in castris, in fossato, in hybernis, in statiuis, in prælijs, iure militari cessari posse. Iure militari, inquam, vel vnico teste, vt Theoph. scripsit, vel nullo, dummodo aliis probationibus legitimis cõstare possit de militis volũtate.
g *v. l. 25. de diffensionis.*
h *v. l. 9. j. de diuers. offic.*
i *adde l. 26. j. eo.*
k *v. Iust. de offi. audit. in pr.*
† Bart. negat hãc Auth. approbati cõsuetudine, sed aliam formam iuramenti introductam.
l videtur esse hæc lex Iustini. *Nou. 109.*
m *l. 9. j. de diuers. offic.* Hæc lex renouat quod antea Honorius, constituerat, &, vt Zosimus referit, nixx mutuerat propter Geneticum copiarum Dalmaticarum ducem *v. Cuiac. hic.*
n Eadem verba extant in *l. 14. §. 4. ver. sed si quidẽ præsens sit. j. de non numer.*
o pota magistratum *l. 1. D. de iniu vocando.*
p citationẽ. Hæc denunciatio manifestationis & intimationis vim habet.
q ordinario, vel episcopo, *Bart.* ordinario, inquam, iudice contractus, vbi partes fortiuntur forum *Bald.*
r aut fit suspect. Potest enim quis suspectum iudicem habere σωφρονεστέρου τοῦ ἀνωτέρου. Quòd si monitus ab episcopo iudex non obtemperet, episcopus rem omnem ad Imperatorem deferet debet 3. *Eclo. 3. ex l. 6. tit. 22.* Addunt ex hoc loco propter absentiam iudicis episcopum adiri, eique actorum confectionem permittit. t hinc colligunt, adiri episcopum posse, vbi contractus est vsurarius. non vt cognoscat de cõtractu, sed vt adiuuet iudicem. u numeratur in. inter pias & fauorabiles causas.

colonis *Palestinis*, *de colonis Thracensibus*, *de colonis Illyricianis.* Ii si prædio rustico seruiunt, coloni proprie dicuntur: si vrbano, inquilini.

x Interpretatio Contij.
y *l. 63. de cust. reo.*
z ἑκάστην, editio Parisiensis, ἑκάστης, ita legit *Cuiac. 6. 3. de praes.*
a quam παρασκευὴν vocat Græci hoc loco *60. Eclog. 35. c. 2.* quartus septimanæ dies est Mercurij adde *Nov. 137. c. 4.* Petr. Alexandrinus *c. 15.* παρασκευὴ γὰρ ἡ πρωϊαίτερον, τῶν μὲν διὰ τὸν Χριστὸν ἀφεστώτων, τῶν δὲ διὰ τὸ σωτηρίου πάθος v. *c. 11. ibid.*
b i. die Mercurij, vt supetius dixit sidque ob memoriam Christi passionis.
c Munus est episcopi, custodias visitare, & eorũ miseriæ causas diligenter inquirere.
d Interpretatio Antonij Augustini.
e *v. l. vnij. de priuat. carceribus. adde 60. Syn. Basil. 53. ex lib. 35. c. 1.*
f excipe certos casus, de quibus vide quæ notaui *ad l. 25. ff. de adulter. u.*
g Hominum alij ingenui, alij libertini, alij ieruiui.
h Hæc verba exstant in *l. 5. j. de infant. expos.*
i siue vt seruum. Hinc colligere possis, Alios reuera nobis seruire, quia tales sunt: alios agricolationis tantũ causa, quales sũt adscriptitij & coloniide quibus mox dicetur.
k Adscriptitij quasi seruiunt, dominũ habente ad quem eorum peculium pertinet: eui etiã reddi solent, inspecto fisco, & aliis, liberi & proprietatem possessores *v. Cuiac. ad tit. de agricol.*
l Coloni iunt liberi, & res proprias habent, ter tam tamen dimittere non possunt, dominum non habent. Terra potius coloni domina est, quã persona: colonus redditur terræ, vide titulos *de agricola, censitu & colono: de*

TRACTATVS
AD IVS VARII

Tomus V.

DE RATIONE ORDINIS A Iurisconsulto in Pandectis, Codice & Institutionibus seruati

Ad leges XII. Tabularum.

Ad Vlpianum.

Ad Gaium.

Historische Gesellschaft
BROMBERG
für den Netzedistrikt

Authore Dionysio Gothofredo I. C.

LVGDVNI,
Apud hæredes Bartholomæi Honorati.

M. D. XC.

Cum priuilegio Sacræ Cæsar. Maiest. & Christianissimi Francorum Regis.

1904. 948.

INDEX TITVLORVM QVI IN FRAGMENTIS DVODECIM TABVLARVM CONTINENTVR.

A

de Accusationibus. 89
Adulteriis. 89
Aedilibus. 69
Arborum furtim cæsarum. 86.87
Auguribus & Aruspicibus. 64
Auspiciis & authoritate senatus. 71

C

de Captiuis. 90
Censoribus. 69
Colendi qui, vbi, quo tẽpore, 61.62. quibus hostiis. 63
Collegiis illicitis. 89
Confessis in iure. 76
Contrahenda emptione & venditione. 78
Conuitiis & famosis libellis. 88
Crassitudine parietis communis. 77
Cultu diuino. 61
Curatoribus & curatore furiosi prodigi. 81

D

de Damno infecto. 76
Decemuiris litium. 69
Dictatore & magistro equitum. 70
Dilationibus & earum causis. 74
Donationibus inter virum & vxorem. 80

E

de Emancipato 82. & emancipatione. 78
Eo qui in vtero. 82
Etruscis. 64
Expiationibus. 65
Extraordinariis criminibus. 88

F

de Falsis. 90
Familiæ erciscundæ. 77
Fecialibus. 64
Finium regundorum. 76
Fluminibus. 63
Fœnore vnciario. 88
Furto 86. per lancem & litium concepto. 87

G

de Glande legenda. 86

H

de Hæreditariis actionibus. 84
Hæreditatibus quæ ab intestato. 84
His qui sunt sui. 73

I

de Impietate in Deo. 66
Incestis. 66
Incendio. 88
Interstitiis. 77
Iniuriis. 88
Interdicto vti possidetis. 84
Iudiciis. 74
Iudicio sisti. 74
Iure populi & senatus. 72
Iureiurando. 74
Iure patronatus. 84
Iurgio inter virum & vxorem. 84

L

de Legatis. 81
Lege Iulia repetundarum & corrupto iudice. 90
Legibus. 73
Legitima agnatorum & cognatorum successione. 82.
Fœminarum tutela. 80. Patronorum ibid.
Legitimis tutoribus. 80
Liberis matri succedentibus. 82
Liberto emancipato. 84
Ludis. 2665

M

de Magistratibus maioribus in genere 68. militaribus ibid.
Maleficijs. 90
Maiestatis crimine. 89
Membro aut osse fracto & Talione 88. rupto. 76
Monopoliis. 78
Muliere vsurpata & vsucapta. 86

N

de Nepotibus ex filio præmortuo. 82
Noxa. 78
Noxalibus actionibus. 76
Nuptiis. 29

O

de Officio prætoris. 70
Officio consulis. ibid.

P

de Pactis. 74
Parricidio. 90
Pastu pecoris. 88
Pastu & sectione frugum. 87
Patrona. 84
Pellice. 89
Periurio. 65
Pignoribus. 78
Plus petitionibus. 75
Pœnis. 90
Pontificibus. 63
Possessionibus. 84
Præuaricatione patroni aduersus clientem. 89
Priuatis delictis. 86
Publicis iudiciis. 89

Q

de Quæstoribus. 69. 72. parricidij ibid.
Qui satisdare cogantur. 76
Quinque pedum præscriptione. 77

R

de Rebus. 73
Receptis arbitris. 74
Religiosis & sumptibus funerum. 66
Re militari. 71
Repudiis & diuortiis. 80
Reo fugiente. 75
Ritibus. 65

S

de Sacerdotibus. 69. eorúmque officio. ibid.
Sacrilegio. 61
Sacris nocturnis. 64. priuatis. 66
Sarptis vineis. 88
Secundis nuptiis. 80
Senatoribus & Senatusconsultis. 71

Seruitutibus. 76
Sicariis. 89
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 75
Statu hominum. 73
Successionibus quæ fiebāt per bonorū venditionē. 84
Successione libertorum. 84
Suffragiis & creatione magistratuum. 72
Suis & legitimis hæredibus. 82
Suspectis tutoribus. 81

T

de Tempore iudicati faciendi. 76
Termino moto. 88
Testamentis & libera testandi facultate. 81
Testamentaria tutela. 80
Testibus 79. eorūque citatione & denunciatione. 75
Tigno iuncto. 87
Traditione. 78
Tribunis plebis. 71
Triumuiris capitalibus 69. monetalibus ibid.
Tutelæ actione. 81
Tutoribus & curatoribus. 80

V

de Veneficiis. 90
Vestalibus. 63
Vestibulo sepulchri. 86
Viarum latitudine. 76
Vindiciis falsis. 90
Votis. 66
Vsucapionibus. 85
Vsuris. 78

FINIS.

INDEX TITVLORVM INSTITVTIOMVM TAM VLPIANI QVAM CAII ordine Alphabetico.

Prior numerus titulum, posterior verò paginam huius editionis demonstrat.

A

de ADoptionibus. *Vl.*8.97. *Ca.*1.15

B

de Bonis libertorum. *Vl.*29.112

C

de Caducis. *Vl.*17.102
Cœlibe, orbo, & solitario patre. *Vl.*13.101
Curatoribus. *Vl.*12.100. *Ca.*7.117

D

de Decimis. *Vl.*15.101
Dominiis & adquisitionibus rerum. *Vl.*19.102
Dotibus. *Vl.*6.95

E

de Exhæredatione liberorum. *Ca.*3.118

F

de Fideicommissis. *Vl.*25.110. *Ca.*7. 120

H

de His qui in manu sunt. *Vl.*9.98
His qui in potestate sunt. *Vl.*5.94
His qui sui iuris sunt. *Vl.*4.94

I

de Intestatorum hæredibus. *Ca.*8.12
Iure donatorum inter virum & vxorem. *Vl.*7.97
Iure personarum. *Ca.*3.115

L

de Latinis. *Vl.*3.94
Legatis. *Vl.*24.108. *Ca.*5.120
Lege Falcidia *Ca.*6.120
Legibus & moribus. *Vl.*1.91
Legitimis hæredibus. *Vl.*26.111
Libertatibus seruorum. *Ca.*1.113
Libertorum successionibus vel bonis. *Vl.*27.112

M

de Matrimoniis. *Ca.*4.115

N

de Numero seruorum testamento manumittendorum. *Ca.*2.114

O

de Obligationibus. *Ca.*9.122

P

de Pœna legis Iuliæ. *Vl.*14.101
Possessionibus dandis. *Vl.*28.111

Q

Quemadmodum hæres institui debeat. *Vl.*21.105
Quemadmodum testamenta rumpuntur. *Vl.*23.107
Qui habeant ius antequam in caducis. *Vl.*18.102
Qui hæredes institui possunt. *Vl.*22.105
Qui in potestate mancipióve sunt quemadmodum eo iure liberentur. *Vl.*10.98
Quibus modis filij exeūt à potestate patris. *Ca.*6.116
Quibus modis obligatio tollatur. *Ca.*10.124

R

de Rebus. *Ca.*1.117

S

de Solidi capacitate inter virum & vxorem. *Vl.*16.101
Statuliberis. *Vl.*2.93
Substitutionibus & de faciendis secundo tabulis. *Ca.* 4.119

T

de Testamentis. *Vl.*20.104. *Ca.*2.118
Tutelis. *Vl.*11.99. *Ca.*7.116.

DE RATIONE

DE RATIONE ORDINIS A IVRISCONSVLTO in Pandectis obseruati.

Prima Pars τοῦ πρόοτου

Continens Iudiciorum præparatoria.

LIBER PRIMVS.

Rocemium est Constitutio ad antecessores iuris de docendi iuris methodo.

De Iustitia & Iure 1.l.12.

De origine Iuris Ciuilis, omnium Magistratuum, & successione Iurisprudentum 2.l.2.

De Legibus, de Senatusque Consultis & longa consuetudine 3.l.41. i.iure scripto, & non scripto. Quid Lex & Senatusconsultum, effectus legum: contraria.

De Constitutionibus Principum 4.l.4.

De statu hominum 5.l.27. Id est, iure, qualitate, conditione. Hîc auté de liberis, seruis, mancipiis, ingenuis, & libertinis agitur.

De his qui sui vel alieni Iuris sunt 6.l.11. Hîc de patribus familiâs, & filiisfamiliâs.

De Adoptionibus, Emancipationibus, & aliis modis quibus Ius patriæ potestatis soluitur 7.l.46. Adoptantur qui non sunt sui Iuris, Arrogantur qui sunt sui. Emancipatio est quasi manumissio, quæ contigit morte patris naturali, & ciuili, item adeptione dignitatis magnæ.

De rerum diuisione & qualitate. 8.l.11. Sunt autem res vel priuatæ, publicæ, singulorũ vniuersitatis, corporales, incorporales, Iuris diuini, humani, sacræ, sanctæ, religiosæ.

De Iudiciis, in quibus considerandus est iudex, Actor, & Reus.

Iudex. De Officio eorum, qui præsunt Iudiciis, in specie, præsunt autem vel

- In Vrbe.
  - Ordinarij.
    - *De Senatoribus* 9.l.12.
    - *De officio Consulis* 10.l.1.
    - *De Officio Præfecti Prætorio* 11.l.1.
    - *De Officio præfecti Vrbi* 12.l.2.
    - *De Officio Quæstoru* 13.l.1.
    - *De Officio Prætoris* 14.l.4.
  - Extraordinarii.
    - *De Officio præfecti Vigilum* 15.l.4
- Extra Vrbem.
  - *De officio proconsulis, & legati* 16.l.16. In prouincia septem dabantur legati.
  - *De officio præfecti Augustalis* 17.l.1. in Aegypto.
  - *De officio Præsidis* 18.l.21.
  - *De officio Procuratoris Cæs. vel rationalis* 19.l.3.
  - *De officio Iuridici* Alexandriæ 20.l.2.
  - *De officio eius cui est mandata iurisdictio* 21.l.5.
- Tam in vrbe quàm extra.
  - *De officio Assessorum.* 22.l.6. Non erant Magistratus sed Consiliarii.

LIB. II.

De Iurisdictione, id est officio in genere vel communiter omnium Iudicum 1.l.20. Hic de mero & mixto, & simplici Iurisdictione agitur.

- *Quod quisque Iuris* in alium *statuerit* vel obtinuerit, *eodem iure vtatur* 2.l.4.
- *Si quis Ius dicenti non obtemperauerit.* 3.l.1.

Actor *De in Ius* (i. ad ipsum prætorem) *vocando* (aduersario scilicet interdum sine vllo apparitore, & vi deducendo si nolit sequi) & differt à Tit. *de Edendo.* 4.l.25.

Reus. Pœna nõ cõparentis.
- *Si quis in ius vocatus non ierit* (vt si causa sit liberalis famosa, ideo ad alium Iudicem eundum sit, vel locus sit inhonestus, vel tempus feriatum) *siue eum vocauerit quem ex edicto non debuit.* 5.l.3.

Satisdatio.
- *In Ius vocati vt eant aut satis vel cautum dent* 6.l.4. scilicet se Iudicio.
- *Ne quis eum qui in ius vocatus est* (aliàs vocabitur) *vi extimat.* 7.l.6. Eximere quocumque modo, eripere per vim: hîc tantum Actori cõsulitur, & hîc agitur quanti in litem iuratum. Habet locum ante vocationẽ & satisdationes receptas.
- *Qui satisdare cogantur, vel iurato promittunt* (ob dignitatem, vel quia fideiussores inuenire idoneos nõ possunt) *vel suæ promissioni cõmittuntur.* 8.l.16.
- *Si ex noxali causa agatur quomodo caueatur.* 9.l.6. Id est pro seruis.
- *De eo per quem factum erit* (vi vel sine vi) *quominus quis in Iudicio sistat.* 10.l.3. Hic consulitur reo & vocanti, & agitur ad interesse. Habet locum post vocationes & satisdationes receptas.

Excusatio.
- *Si quis cautionibus in Iudicio sistendi causa factis nõ obtemperauerit* 11.l.15. ob casum fortuitum vel absentiam longiorem.
- *De Feriis & dilationibus & diuersis earum temporibus, & ex quibus causis feriæ non impediuntur.* 12.l.10.

Actor *De Edendo* 13.l.13. De actionis, Instrumenti & rationum editione.

Vterque.
- *De Pactis.* 14.l.63. Pacta sunt rei nõ litigiosæ sed certæ.
- *De transactionibus* 15.l.17. rei litigiosæ, incertæ.

LIB. III.

De Postulando. 1.l.11. Postulare prohibẽtur vel Edicto, vel lege. Edicto pro se & aliis minores 17. annis: surdi, quia Magistratum exaudire nõ possunt. Pro aliis fœminæ, cæci, infames: pro certis personis, veluti pro parẽte, fratre, sorore, vxore, socero, patrono, patrona, eorũmq; liberis. Vel lege, Iudices, arbitri, & alij sententia Iudicis suspensi ab officio.

De his qui notantur infamia 2.l.25. Qui scilicet vetantur postulare.

De procuratoribus (actoris scilicet ad Iudicia nõ ad negotia, de quibus infrà mandati) *& defensoribus reorum.* 3.l.8.

Quod cuiusque vniuersitatis nomine vel contra eam agetur. 4.l.9. 1. de Syndicis collegiorum, communitatum.

De negotijs gestis (absentis sine mandato, idque bona fide. 5.l.51.

De Calumniatoribus 6.l.9. id est, de Iniquis & malitiosis actoribus, vel quia nullam habent actionẽ, vel quia desistunt vel arguuntur accepisse pecuniam, aut depecti vt per calumniã raperent aliquem in Ius, eius vexandi causa, vel ab eo aliquid extorquendi.

LIB. IIII.

De Restitutionibus in integrum. 1.l.9. Competunt autem vel

- Iure Actionis.
  - *De eo quod metus causa gestum esse dicetur.* 2.l.23.
  - *De dolo malo.* 3.l.41. nõ de actione doli mali, in qua dolus actione in factũ vindicatur nõ restitutione in integrũ, vt hic Tit. differat à Titulo de doli mali & metus exceptione.

Officio Iudicis.

De minoribus 25.annis 4.l.52. ratione ætatis datur hæc restitutio.

De Capitis diminutione (ob status mutationem scilicet) Consistit caput siue status in libertate, ciuitate, & familia. Capite minuitur qui in huiusmodi statu non manet: datur hæc restitutio iis qui propter minimam capitis diminutionem debitoris actiones suas amiserunt rescisa capitis diminutione.5.l.11.

Ex quibus causis maiore 25.annis restituuntur. 6. l. 46.ob militiam scilicet, absentiam Reipublicæ causa,Iustum metum.

Ex Edicto.

De alienatione Iudicij mutandi (quo ad se) vel suscipiendi (quo ad ementem) *causa facta 7.*l.13. qua alienatione aduersarius nobis obici potest, vel potentior,vel alienæ prouinciæ.

Iudices compromissarij.

De receptis,qui arbitrium receperunt,vt sententiam dicant 8.l.57. Nautæ,caupones,stabularij,vt recepta restituant 9.l.7. Homonymia vocabuli recepti in priori titulo fecit vt hic titulus subderetur alieno & quasi deserto loco.

SECVNDA DE IVDICIIS.

quibus scilicet res nostras petimus,& quidem ciuilibus & realibus: in iis enim propter rem mouemus controuersiam aduersus eum qui nullo nobis contractu est obligatus,sic dicta quia à mero Iudicis officio proueniunt.

LIB. V.

1 *De Iudiciis & vbi quisque agere vel conueniri debeat* 1.l.82.id est de foro competenti & ordinario.

Actiones quibus Iudices addicuntur,sunt vel

Vindicationes quibus res nostras petimus,suntque vel

Vniuersales seu vniuersitatis,vel

Ciuiles.

De Inofficioso testamento 2.l. 32. Hac petitione ex l.Glicia rescinduntur testamenta, in quibus vel pater à filio, vel filius à patre exhæredatus: in iis enim vtrique videntur esse sui officij obliti, eáque rescisio postulatur à Iudice.

De Hæreditatis petitione. 3. l. 6. Est generalis & assis vindicatio, qua petimus nos hæredes declarari & hæreditatem nobis restitui ab eo qui pro hærede vel possessore eam possidet.

Si pars hæreditatis petatur.4.l. 10.

Prætoriæ quæ dantur iis qui sunt similes hæredibus.

De possessoria hæreditatis petitione. 5. l. 2. Qua bonorum possessor tantum consequitur, quantum hæres per superiores: datur autem à Prætore.

De fidei commissaria hæreditatis petitione 6. l.3.quæ datur iis quibus ex SC. Trebelliano restituitur hæreditas:nam ii imitantur hæredes.

LIB.VI.

Rei singularis.

Corporalis,dantur dominus aut quasi,non tamen possidentibus.

De rei vindicatione. 1. l. 80. id est, proprietatis assertione, quæ datur proprietario ciuiliter & directo.

De Publiciana, id est, Prætoria, *in rem actione.* 2. l. 19. Datur bonæ fidei possessori, qui proprietario similis est, qui amisit possessionem.

Si ager vectigalis, (*id est*,) *Emphyteuticarius petatur* ab Emphyteuticario qui proprietarium imitatur, cui etiam datur vindicatio in rem vtilis 3.l.3.

LIB. VII.

Incorporalis, vt seruitutum quæ dantur possessori & domino,sùntque Personarum, ita dictæ quòd res personis seruiant.

De vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur. 1. l. 81. est autem diuiduus.

De vsufructu accrescendo, id est iure nanciscendæ partis eius qui non concurrit in vsufructu,vel cõcurrere desiit. 2. l.13.

Quando dies vsusfructus legati cedat. 3. l. 1. Ab adita scilicet hæreditate, proprietatis verò dies à morte testatoris:vt iure veteri diem legati cedere cùm dicimus, significamus post eum diem moriente legatario legatum transmitti in hæredem eius.

Quibus modis vsufructus vel vsus amittatur. 4. l. 31. Capitis diminutione, morte, rei mutatione, non vtendo, in iure cessione, dominij acquisitione.

De vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur vel minuuntur. 5. l. 12. legatario adiudicando scilicet & tradendo, si priùs tamen cautionem ex SC. dederit.

Si vsusfructus petatur, confessoria actione scilicet. *vel ad alium pertinere negetur*, negatoria.6.l 7.

De operis seruorum 7. l. 6. quæ imitantur vsumfructum, distant tamen:nõ enim eodẽ modo amittũtur, sunt indiuiduæ,cedũt ex die petitionis, ad vsum accedunt.Idem dicendũ de operis animalium,vecturis iumentorum.

De vsu & habitatione 8. l. 24.indiuidua est.

*Vsufructuarius & vsuarius quẽadmodũ caueat 9.*l.12.se vsurum scilicet boni viri arbitratu & domino se restituturum possessionem amisso aut finito iure suo.

LIB. VIII.

Prædiorum: sùntque iura quibus prædia prædiis seruiunt.

De seruitutibus (prædiorum scilicet) *& quomodo constituantur.*1.l.21.

*De seruitutibus vrbanorum.*2. l.40.quę vsu nõ loco distinguuntur.

De seruitutibus rusticorum. 3. l.38.

Communia prædiorum tam vrbanorum

banorum quàm rusticorum 4.l.19.

Si seruitus vindicetur confessoria scilicet, *vel ad aliũ pertinere negetur*, negatoria scilicet actione 5.l.22.

Quemadmodum seruitus amittatur.6.l.21.cõfusione, ac quisitione dominij & prædij non vtendo, vsucapione, cessione.

2 Actiones noxales personales, quæ naturam realium induunt, nec ex contractu nec ex maleficio dantur, occasione scilicet rerum circa vllam conuentionem, ex aliquo facto seu delicto leuiore, quod criminale iudicium nequaquam cõstituat, ideo non ex contractu sicut aliæ actiones, sed facto & culpa aliqua gignuntur, dantur nominis iure directo aduersus dominos & damnum datum persequuntur.

Si quadrupes (est vetustissimum nomen actionis) *pauperiem*(i.damnum sine iniuria:brutum enim quia ratione caret, iniuriam facere non potest)*se cisse dicetur* 1.l.5.

* *Ad l. Aquiliam*(i.de damno dato, vt pura occiso homine, seruo vel pecude, vel vsto, fractóve rupto, vel alio damno mihi dato cum iniuria tamen, vel si intercepta nobis vtilitas 2.l.58.

De his qui effuderint vel deiecerint.3.l 7.

De actionibus noxalibus.4.l.43 in genere scilicet, fuisset enim immensum omnes enumerare.

LIB. X.

3 Actiones mixtæ in rem & personam, quibus rerum fieri diuisionem petimus.

Finium regundorum(Iudicio scilicet & inter affines, quod datur pro finibus regundis seu terminandis.1.l.13.

Familiæ erciscundæ 2.l.58.iudicio scilicet inetr cohæredes vel similes personas.

♓ *Communi diuidundo* 3. l.31. iudicio scilicet inter eos cum quibus rem habemus communem, vel ex societate, vel sine societate.

4 Actiones præparatoriæ ad rem vindicandam.

Ad exhibendum 4.l.20.qua actione rem ipsam non quidem vindicamus, sed ad eius vindicationem nobis viam facimus & præparamus.

LIB. XI.

De interrogationibus in iure, (ἐν ἐρωτήματι)*faciendis & interrogatorijs actionibus*, quæ dantur ex responso sicut ex confessoria: neutra tamen propriè actio. 1.l.23.hodie non est in vsu:nam ante iudicium nemo cogitur de iure suo respondere.

♓ *De quibus rebus ad eundem iudicem eatur*.2.l.2 de iis scilicet quas cum aliis habemus diuidendas.

* *De seruo corrupto*.3.l.17. id est de damno seruorum animis & moribus dato:nam ꝗ.tit.ad l.Aquiliam de damno eorum corporibus dato diximus, Persequitur autem I.C. Iudicia, quæ neque ex vero contractu, neque ex vllo insigni maleficio existunt.

De seruis fugitiuis.4.l.6. fugitiuus seruus dicitur, qui animo non redeundi fugit, erro qui animo redeundi.

De Aleæ lusis & aleatoribus 5.l.4.quo vitio seruii potissimum laborant.

† *Si mensor*, id est finitor, *agrorum falsum modum dixerit*.6.l.7.

5 Edicta quæ ad res religiosas & diuini iuris rectas sartásque conseruandas pertinent.

De religiosis scilicet rebus, *& sumptibus funerum*, *& vt funus ducere liceat*. 7. l. 46. qua actione etiam is tenetur qui in alienum locum mortuum intulit.

De mortuo inferendo & sepulchro ædificando 8.l.5.éstque interdictum prohibitorium, quod veluti causam proprietatis continet.

TERTIA DE REBVS,

quæ nobis ex contractu debentur, & actionibus quibus petimus & condicimus res nobis debitas quæque nobis competunt ad eas exigendas. Variæ sunt autem causæ ex quibus nobis quid debetur ex contractu.

LIB. XII.

Contractus autem constant vel

Rei interuentu, súntque ij contractus vel

Stricti iuris.

De rebus creditis. i. Si certum petatur *& de condictione*, mutui.sc.1.l.42.

De Iureiurando sive voluntario, *sive necessario sive Iudiciali*.2. l.42. Iusiurandum teste Laberio est remedium & emplastrum æris alieni. voluntarium illud est quod pars parti in Iudicio defert. Necessarium quod refertur, ita dictum, quòd necessario est præstandum. Iudiciale quod à Iudice defertur.

De in litem Iurando.i. Iuramento præstando quoties aut necessarium aut à Iudice delatum est, quo is qui iurat, rem in iudicium deductam iuxta affectionem æstimat, per quam æstimationem Reus punitur qui contumaciter non restituit.3.l.11.

De Condictione causa dati. i. rei datæ *causa non sequuta*.4.l.16.

De Condictione ob turpem causam vel iustam.5.l.10.

De Condictione indebiti, soluit scilicet 6.l.69.Is autem qui indebitum soluit, distrahendi potiùs quàm contrahendi animo soluit.

De Condictione sine causa.7. l. 5. i. eius quod sine vlla causa datum est.

LIB. XIII.

De Condictione furtiua.1. l. 20. quæ ad rem furto sublatam repetendam datur: furti enim actione pœnali, & ad exhibendum vendicatione cum iis agi potest.

De Condictione ex lege. 2.l.1. qua vtimur cùm lege non introducitur aliqua obligatio vel actio, nec cautum est quo genere actionis vtamur.

De Condictione triticaria. 3. l. 4.alij triticiariam legunt: per eam petuntur res omnes certæ, vel incertæ, & incorporales: & in ea Iudex seruit scripturæ contractus. Dicitur arbitraria, quia pro suo arbitrio Iudex æstimat rem petitam ratione loci & temporis, eámque æstimationem recipiunt res omnes præter pecuniam, quæ cæteras res æstimat: sic dicta, quia in antiqua formula huius condictionis tritici fiebat mentio, propterea quòd qui hanc actionem sibi dari primus postulauit, fortè ei res erat de æstimando tritico: vt hîc notauit Cuiacius.

De eo quod certo loco dari oportet, condicendo scilicet. 4. l. 11. qua condictione id petitur quod alio vel loco vel die dari debuit, facta commemoratione eius diei & loci quo dari debuit, atque ita plus loco vel tempore non petitur, idque introductum ne creditori illuderet debitor.

De pecunia constituta 9.l.31. condicenda scilicet, quoties quis constituit se mihi soluturum id quod alius debebat.

Bonæ fidei.

Nominati, quib.vtimur quoties species dari, præstari, restitui, reddi, & alio modo intenditur, vtpote non alienato eius dominio sicut in superioribus. Procedunt autem ex contractibus

Nostris.

Commodati. i. rei commodo vtendi datæ, *vel contrè actione* 6. l. 23. Commodatum est quasi mutuum ad vsum, vt mutuum est commodatum ad abusum. Hac actione vtimur quoties in re commodata ali-

quid dolo admissum est aut non redditur.

De Pignoratitia actione, & cõtrà. 7. l. 43. qua vtimur cùm dolus, admissus in pignore dicitur. Pignus est propriè mobilium, quia pignus à pugno quod traditur dictũ est, sũn,tque eius duæ actiones directa quæ datur vero domino seu debitori contraria creditori.

LIB. XIII.

Aliorum .i. de condictionibus & actionibus nobis cõpetentibus ob aliquid datũ, gestúmve cũ eo qui alteri subiectus est, vel quasi.

De exercitoria, aduersus scilicet exercitorem vel nauclerum *actione*, qua tenetur ex contractu magistri, quẽ naui præposuit, vel eius qui à magistro præpositus est 1. l. 7.

Ad l. Rhodiam de Iactu 2. l. 10. quæ lex vult iacturam factam naue laborante in mari sarciri omnium (quorum interfuit iacturam fieri) contributione ideóq. vectores ex eo agere possunt aduersus magistrum nauis & exercitorem.

De Institoria actione. 5. l. 20. aduersus eũ qui instituit aliquẽ mẽsæ tabernæ aut negotiationi, qui enim cum Institore contrahit, fidem eius à quo Institor præpositus est, sequi videtur. ideóque vtis qui instituit, commodũ sentire cupit eius ministerio quẽ instituit, & incommodũ ex eodẽ sentire debet. Datur hæredi & in hæredes.

De tributoria actione 4. l. 12. si domino sciẽte cum eius seruo cui peculiũ cõmiserat, cõtraxi eíq. pecuniam credidi, concurrã cum eo domino, creditore in peculium eius serui quod quidẽ inter nos pro rata debiti distribuetur, nec dominus integrum debitum ex eo consequetur, sed ab eo petam pro rata inter nos distribui. vnde tributoria actio dicitur.

Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur 5. l. 8. siue is liber siue seruus fuerit. datur in dominum vel patrem actio de peculio: & in rem verso, vt infrà dicetur & quod iussu.

Ad S C. Macedonianum. 6. l. 22. quo mutuũ filiofa. & ei qui est in potestate, patris datũ, à creditore condici non potest.

LIB. XV.

De peculio 1. l. 69. & eius actione quæ mihi competit cõtrahenti cum tuo seruo vel filio peculium habentibus te patre vel domino nolente vel inuito, qua actione non teneris mihi vltra vites peculij quas supra nihil possum condicere.

Quando de peculio annalis sit exceptio. 2. l. 4.

De in rem verso 3. l. 21. si id quod vel seruo tuo vel filio credidi, appareat in rem tuam & emolumentum versum esse, possum condicere: etsi vterque nihil in peculio reliquerit.

Quod iussu 4. l. 5. quæ actio, datur contrahentibus cum filio vel seruo, voluntate patris aut domini præcedente vel sequente.

LIB. XVI.

Ad SC. Velleianum 1. l. 32. quo mihi negatur condictio aduersus mulierem, quæ quoquo modo in se recepit alienam obligationem.

Hîc erat dicendum de Innominatis: sed quia ordinẽ Titulorũ mutare nolumus, Lector animaduertet Iurisconsultũ contractus innominatos retulisse in librum XXIX.

De compensationibus 2. l. 34. Compensatio est crediti condicti exceptio.

De rebus creditis ad custodiam.

Depositi vel contrà 3. l. 34. Duæ depositi actiones competunt, directa ei qui deposuit, cõtraria qua is apud quem res deposita est, agit ad repetendas expensas vtiles, quas in re deposita fecit. affine est deposito sequestrum.

LIB. XVII.

Consensu; qui contractus rei interuentum non desiderant vt superiores.

Mandati vel contrà. 1. l. 62.

Pro socio. 2. l. 85.

LIB. XVIII.

De contrahenda emptione & de pactis inter emptorem & venditorem compositis, & quæ res venire non possint. 1. l. 61.

De in diem addictione 2. l. 23. qua res in auctione fit emptoris, nisi quis intra certum diem suprà adiecerit ad pretium.

De lege commissoria 3. l. 8. qua intra certum tempus non soluto pretio res inempta esse debet: sic dicta quòd qui in eam legem committit, in vniuersam venditionem committat.

De hæreditate vel actione vendita 4. l. 25.

De rescindenda venditione, & quando liceat ab emptione discedere 5. l. 10.

De periculo & commodo rei venditæ. 5. l. 9.

De seruis exportandis, vel si ita mancipium venierit, vt manumittatur vel contrà. 7. l. 10.

LIB. XIX.

De actionibus empti, vel venditi. 1. l. 57.

Locati & conducti. 2. l. 65.

Innominati. Hic tractatus pars altera est diuisionis superiùs positæ, qua diximus contractus qui rei interuentu constabant esse vel stricti iuris vel bonæ fidei. Bonæ fidei verò alios esse nominatos, de quibus iam diximus, alios innominatos, quorum hîc fit mentio.

De æstimatoria actione 3. l. 2. quę ei competit, qui rem suam æstimatam vendendã alteri dedit, non autẽ empti: etsi in ea sit mentio pretij, non locati: etsi rem vendendam locasse videatur, non man-

dat

dati: ad has actiones defectu verborum, quæ præscriptis in factũ verbis dicuntur, decurrendũ est, cùm negotiũ tam ambiguũ est, vt nesciamus ad quam speciem contractus sit referendum.

De rerum permutatione 4.l.2.

De præscriptis verbis, actione scilicet, *& in factum actionibus* 5.l.28. Est actio ciuilis in factũ ex contractibus innominatis, descendens. ad hãc veniẽdum est, quum apparet quidem quale sit factũ, sed redigi in ordinem contractuum nominatorum nequit, quia plures sunt res quàm vocabula.

QVARTA,

in qua agitur de accessoriis contractuum & actionibus ex causa nuptiarum & tutelæ.

LIB. XX.

De accessoriis contractuum quæ pertinent ad eorum Securitatem.

De pignoribus & hypothecis qualiter contrahantur & de pactis eorum 1.l.35.

In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur 2 l.10. Bona eius qui dotem promittit, marito: mariti verò vxori ad restituendam illi dotem, & coloni fructus locatori, & inuecta illo sciente tacitè obligantur.

Quæ res pignori vel hypothecæ obligari non possunt 3.l.5. sacræ, &c.

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum succedunt 4.l.22.

De distractione pignorum vel hypothecæ 5.l 14.

Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur. 6.l.15.

LIB. XXI.

Complementum ceu ipsos contractus bonæ fidei implendos.

De AEdilitio edicto, quo in totum rescindimus venditionem re venditori reddita, & precio recepto, *& redhibitione quanti minoris* ceu æstimatoria quæ in partem rescindit emptionem pretio emptori reddito, eo quò minoris rem emisset si rei vitiũ sciuisset 1 l.65.

De euictionibus, euictionem præstare emptori venditor tenetur, *& duplæ stipulatione*, quam olim stipulari moris erat, eo casu quo res euinceretur.

De exceptione rei venditæ & traditæ 3.l.3. opponenda venditori scilicet, aut eius hæredibus rem venditam euincentibus.

LIB. XXII.

De vsuris & fructibus & causis & omnibus accessionibus & mora 1.l.49. 1. de mediterraneis vsuris.

De nautico fœnore 2.l.9. i. maritimis vsuris.

Probationem, qua deficiente inutilis esset contractuum disquisitio.

De probationibus & præsumptionibus 3.l.30.

De fide instrumentorum & eorum accessione. 4. l.6. Instrumenta dicta sunt ab instruendo, quod instrumentis his instruatur.

De testibus 5.l 25.

De Iuris & facti ignorantia. 6. l. 10. quæ ab onere probandi releuat donec probetur contrarium.

LIB. XXIII.

Actiones inter maritum & vxorem cum omnibus earum antecedentibus, & consequentibus.

De sponsalibus 1.l.18.

De ritu nuptiarum. 2.l.68.

De Iure dotium 3.l.88.

De pactis dotalibus 4.l.3.

De fundo dotali. 5.l.18.

LIB. XXIV.

De donationibus inter virum & vxorem 1.l.68. constante scilicet matrimonio prohibitis.

De diuortijs & repudijs 2.l.11. Hic titulus finem facit Digesti veteris.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur 3.l. 68. Causæ reputationis in iudicio, seu actione de dote à marito faciendæ sunt impensæ in res dotales factæ quæ actionem dotis minuunt.

De impensis in rebus dotalibus factis 1.l.16.

De actione rerum amotarum 2.l.30. earum scilicet rerũ, quæ celatæ, absconditæ, aliportatæ consumptæ dolo malo, & cogitatione diuortij interuersæ, qua maritus ob eas causas in vxorem dotem repetentem, vtitur.

De liberis, natis scilicet facto diuortio, *agnoscendis* à parentibus, idque ex senatusconsulto Plautiano, *vel à patronis libertis, alendis* quoties egestate laborant 3.l 9.

De ventre inspiciendo custodiendóque partu 4.l.4.

Si ventris nomine, (ventrem appellat eum qui nondum est editus, *muliere in possessionem missa* à Prætore, *eadem possessio ad alium dolo malo translata esse dicetur* 5.l 2.

Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa, vtpote si sciens prudénsque se non esse prægnantem, vel se quidem esse, sed ex alio: *esse dicetur* 6.l.2.

De concubinis 7.l.5. Concubinatus matrimonium imitatur & legitimam vxorem: est enim legitima coniunctio & vice-coniux etiam appellatur, liberi ex ea susceptí non spurij, sed naturales: pater autem fit contubernio & cõcubinatu naturaliter, nuptiis & adoptione iustus, stupro nullo modo.

LIB. XXVI.

Actiones inter pupillum, tutorem & curatorem cum earum antecedentibus & consequentibus.

Definitio.

De tutelis 1.l.18.

Species.

De testamentaria tutela 2.l.34.

De confirmando tutore, vel curatore, qui scil. vel ab extraneo vel à patre naturali vel à matre, vel codicillis testamento non confirmatis datus est 3.leg.11.

De legitimis tutoribus 4. l. 11. quibus locus est deficientibus testamentariis, sũtque ipso iure tutores.

De tutoribus & curatoribus datis ab iis qui ius dandi habent, qui tutores honorarij dicuntur, quia à Magistratibus dari, *& qui & in quibus causis specialiter dari possunt* 5.l.29.

Qui petant à magistratu scilicet *tutores & curatores & vbi petantur*. 8.l.7.

Administratio & eius effectus, & qui ab ea vel remouentur, vel se excusare possunt.

De administratione & periculo tutorum vel curatorum qui gesserunt vel non, & de agentibus vel conueniendis vno vel pluribus 7.l 62.

De authoritate & consensu tutorum & curatorum 8. l. 22. i. iis quæ à pupillo fiunt interponendo.

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possunt 9.l.8.

De suspectis tutoribus & curatoribus 10.l.12.

LIB. XXVII.

De Excusationibus tutorum, *& temporibus earum* excusationum scilicet 1.l.49.

Vbi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis eis præstandis 2.l.6.

Actiones nomine tutelæ competentes & in quos dentur.

De tutelæ actione scilicet *& rationibus distrahendis*. i. de accusanda culpa vel fraude tutoris qui rem pupilli abstulit nec in rationes retulit, *& vtili curationis causa actione* 3.l. 21. quæ actio pupillis competit, & tutelæ directa dicitur.

De contraria tutelæ & vtili actione 4.l.6. quæ tutoribus & curatoribus competit.

De eo qui pro tutore, próve curatore negotia gessit 5.l.5.

Quod falso tutore authore gestum esse dicetur, a pupillo scilicet 6.l.5. Hæc actio competit ei qui cum pupillo contraxit eo authore, qui tutor falsus erat.

De fideiussoribus & nominatoribus. 1. laudatoribus & affirmatoribus, *& hæredibus tutorum vel curatorum* conueniendis à pupillo scilicet 7.l.18.

De Magistratibus à pupillo *conueniendis & eorum hæredibus* 8.l.9.

De rebus eorum qui sub tutela & cura sunt sine decreto non alienandis vel supponendis. i. obligandis 9.l.4. Eiusmodi venditio & obligatio iure nulla est, ex qua causa pupillo competit actio aduersus earum rerum emptores, vel in eas ius pignoris acquirentes.

Affinia.

De curatoribus furioso & aliis extra minores dandis 10.l.17.

QVINTA DE TESTAMENTIS,

in qua agitur de Testamentis codicillis, institutionibus, substitutionibus, legatis fideicommissis, eorum speciebus, conditionibus, & cæt.

LIB. XXVIII.

Actiones successoribus vel quasi, ex iure ciuili hæredibus, fidei-

commissariis, legatariis ex testamento solenni vel minus solenni competentes.

Quæ requiruntur ad hoc vt sit vltima testatoris voluntas iusta & legitima.

De testamentis & qui testamenta facere possunt, & quemadmodum. i. quibus solennitatibus *fiant* 1.l.31.

De liberis & posthumis hæredibus instituendis vel exhæredandis, in testamento scilicet 2. l. 32. aliâs liberorum præteritio statim iniustum testamentũ faciet, vel testamẽtum posthumi natiuitate rumpetur. 2

De iniusto, iniustum est in quo desunt solennia, *rupto*, agnatione posthumi præteriti & per alios modos qui in hoc titulo comprehenduntur, *irrito*, capitis diminutione testatoris vel deserta hæreditate 3.l.20. Imperfectum verò dicitur si non subscriptum vel subsignatum à testibus. Desertum ex quo nemo adit hæreditatem.

De his quæ in testamento delentur, qualia sunt quæ lituris corrupta sunt, *inducuntur*, quod fit cancellatione, *inscribuntur*, id est, quæ aliis literis: superscripta enim sunt quæ in deletorum locum veniunt 4.l.4. his omnibus fit irritum testamentum.

De hæredibus instituendis 5.l.9 2. extraneis scilicet.

De vulgari, quæ cuilibet & à quolibet, *& pupillari substitutione*, quæ à patre filio minori 14. annis fit: potest enim filio pater ea ætate substituere 6.l.48.

De conditionibus, quæ suspendunt id de quo agitur, *institutionum* 7. l.28. Conditio impossibilis est lege vel natura, quoties à neutra admittitur, ideóque habetur pro non adiecta, possibilis confertur vel in hæredis potestatem vel in casum vel in vtrumque. Extranei possunt sub his institui, deficiente conditione deficit institutio, existente valet. 3

De iure. i. spãtiò temporis, *deliberandi*. i. ad deliberandum & cernendum hæredi à testatore dato vt vel hæreditatem adeat vel repudiet. 8.l.11.

LIB. XXIX.

De testamento militis 1.l.45. in quo regulæ iuris ciuilis communes non ita obseruantur vt in testamento pagani.

De acquirenda, vbi deliberauero, *vel omittenda hæreditate*. 2. l.98. Adire & repudiare extraneorum, immiscere se & abstinere suorum.

Quemadmodũ testamẽta aperiãtur, inspiciãtur & describantur. 3. l.12. Id fieri necessarium est deliberationis & aditionis gratia. Cæterùm lege vicesimaria & remedio extraordinario vtimur aduersus confitentem penes se tabulas esse: nullam tamen causam allegantem ob quam non exhibeat. Item interdicto de tabulis exhibendis si inficiatur vel litigat. idque iure petitur, quia testamenta publicum instrumentum sunt.

Si quis omissa causa testamenti. i. si quis proximus vel agnatus omissa hæreditate ex testamento sibi delata, quo grauari se perspiciebat ad quædam legatariis restituenda, *ab intestato*, *vel vt alio modo possideat*. i. possidere malit, *hæreditatem*. 4. l. 30. vt ita euitet onera legatorum legatario aduersus eum datur vtilis actio perinde ac si ex testamento adiisset. 2

Totius hæreditatis ablatio, vel quando integra hæreditas alicui auferri possit.

De SC. Syllaniano, tempore Augusti facto, *& Claudiano* quo scilicet Syllanianum confirmatum est temporibus Neronis, vnde Neronianum & Pisonianum quoque dictum est, *seu quorum testamenta non aperiantur*. i. eius qui in familia interfectus est: eius enim testamentum ante habitam de seruis quæstionem qui sub eodem tecto fuerunt, & ante sumptum de interfectore supplicium non aperitur: aliâs vt indigno hæredi hæreditas auferetur 5. l.27. idque introductum ne hæres propter suum compendium familiæ facinus occultaret. 4 5 6

Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit. 6.l.3. illi vt indigno hæreditas auferetur.

De Codicillis 7.l.20. i. de testamento minus solenni.

LIB. XXX.

3 Quomodo pars hæreditatis possit adimi, & de hæreditatis ablatione.

De legatis in genere quibus pars hæreditatis detrahitur Est enim legatum hæreditatis delibatio.

De legatis & fideicommissis 1.l.131. Hic tractatur quid & quantum legari possit.

LIB. XXXI.

De legatis & fideicommissis. 113. Hic. l.9. tractatur quis, quibus, à quo, quibus verbis legare & legari potest, seu de personis legantis & legatariorum.

LIB. XXXII.

De legatis & fideicommissis. 113 l.101. Hic de verborum significatione tam ad personas quàm ad res legatas pertinentium agitur.

LIB. XXXIII.

De specialibus legatis.

De annuis & mensruis legatis & fideicommissis. 1.l.29.

De *vsu, vsufructu, reditu, habitatione, operis per legatum, vel fideicommissum relictis*. 2.l.43.

De *seruitute legata vrbana & rustica*. 3.l.7.

De *dote prælegata* 4.l.18. sic dicta est quòd cùm vxori res sua legatur, redditur veriùs quàm legatur.

De *optione*, quæ publicè fieri debet, *vel electione*, quæ erat arbitraria, *legata* 5.l.22. Cogimur addita hæreditate optare, quo subsecuto locus non est pœnitentiæ.

De *tritico vino, aut oleo legato* 6.l.16.

De *instructo fundo, vel instrumento legato*. 7.l 29.

De *peculio legato*. 8. l.26. i. quid peculij legati nomine veniat.

De *penu legata*. 9.l.7. Penus nomine intelliguntur quæ ad potum & cibum congregata sunt.

De *supellectile legata*. 10.l.14.

LIB. XXXIV.

De *alimentis*, quorum legatum est plenius, *& cibarijs legatis*. 1.l.23.

De *auro, argento, mundo, ornamentis, veste, vestimentis, & statuis legatis* 2.l.42.

De *liberatione legata*, debitori scilicet 3.l.32.

Legatorum particularium & vniuersalium diminutio, vel amissio.

De *adimendis, vel transferendis legatis & fideicommissis*. 4.l.32.

De *rebus dubijs*. 5.l.30. Scripturæ dubietas legatum nullum reddit. Hic de ambiguo sermone legatorum & cùm incertis personis legatum est, agitur.

De *his quæ pœnæ causa relinquuntur*. 6. l.2. Huiusmodi legata hodie valent, nisi probrosis & illicitis conditionibus adiecta sint.

De *regula Catoniana* 7.l.5. qua non ex apertis tabulis vt volebant leges caducæ Iulia & Pappia, sed à morte testatoris cedunt legata.

De *his quæ vt indignis auferuntur*. 8. l.25. quæ vocantur ereptiçia.

LIB. XXXV.

De conditionibus, demonstrationibus, causis, modis eorum quæ in testamentis inscribuntur 1. l. 112. deficiunt etiam legata deficiente conditione sub qua relicta sunt.

Ad leg. Falcidiam 2.l.95. quæ legatis ciuilem modum dodrantem videlicet præscripsit, à quibus hæres quartam detrahit, quæ Falcidiana dicitur.

Si cui plus quàm per leg. Falcidiam licuerit, legatum esse dicetur. 3. l.9. Satisdabit scilicet, tantam pecuniam daturum, quanta ea res erit.

LIB. XXXVI.

Ad SC. Trebellianum 1.l.81. quo hæres fideicommissario hæreditatem testamento restituere iussus quartam suam retinebit. hoc senatusconsulto minuitur legatum vniuersale, *vt l. Falcidia particularia*.

Quando dies legatorum vel fideicommissorum cedit 2.l.23. i. vtrumque deberi incipit à morte testatoris.

Vt legatorum, seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur. 3. l.18. vbi scilicet propter adiectam conditionem vel diẽ mora soluendi legati iniicitur, quod introductum est, vt tutiore loco legatariis res esset.

Vt in possessione legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa esse liceat 4.l.15. aliâs scilicet edicta Prætorum quæ ius legatorum tuentur, ridicula essent, si non munirentur executione, quare Prætor voluit vel satisdari legatariis, vel si satis non detur in possessionem iri.

SEXTA de bonorum possessionibus.

Hic etiam agitur de Præiudicialibus causis quibus quæritur quis seruus an liber, ingenuus vel libertinus: & de possessionibus & earum causis & interdictis seu iudiciis possessionum.

LIB. XXXVII.

Actiones successoribus prætoriis competentes: hos enim Prætor facit bonorum possessores, quia hæredes non potest: & bonorum possessio à Prætore defertur, vt hæreditas à lege.

De *bonorum possessionibus* 1.l.16. quas Iudicis officio persequimur, vt actione ciuili hæreditatem. Hoc tit. agit de bonorum possessionibus in genere.

Datur

Datur bonorum possessio vel
Testamento.datur autem
Descendentibus.

Si tabulæ testamenti extabunt. olim dicebatur, proferentur, éstque generalis ad successiones testamentarias 2.l.1. Dabatur autē à Prætore bonorum possessio ex testamēto ei,qui scriptus erat hæres.

*De bonorum possessione furioso,infanti,muto,surdo, cæco competente.*3.l.2.Quæ personæ antiquitus admittebantur ad bonorum possessionem petēdam anno finito propter earum commiserationem.

Contra tabulas.

*De bonorum possessione contra tabulas.*4.l.21.quę datur liberis à patre in testamento prętteritis & emancipatis,qui iure ciuili prætteriri poterant, quorum nulla in testamento facta fuit mentio.pertinet quoque ad posthumos.Exhæredatis autemnō datur, sed actio de inofficioso.

*De legatis præstandis,*iis scilicet quibus est legatum aliquid.*contra tabulas bonorum possessione petita*, à liberis scilicet prætteritis 5. l.25.

*De collatione bonorum.*6.l.12.facienda ab iis liberis qui petunt possessionem contra tabulas, quales sunt emancipati prætteriti, cum iis qui erant in potestate.

De collatione dotis. 7.l. 19. facienda à suis siue prætteritæ,siue aucta eorū portio,siue miscuerint se bonis paternis.

*De ventre in possessionem mittendo & curatore eius.*8.l.10.Hoc tit.Prętor nōdum natisprospicit.

De coniungendis cum emancipato liberis eius. 9. l.7.

De Carboniano edicto. 10. l.1. quo consulitur impuberibus liberis quibus fit & status i. an sit inter liberos defuncti & bonorū paternorum controuersia, data illis bonorum possessione quasi liberis;quadam scilicet præsumptione, quæstione status in aliud tempus dilata,quæ causa summatim cognoscitur.

Secundum tabulas.

De bonorum possessione secundum tabulas. 11. l.12. supremas scilicet septem testibus signatas,quæ datur scriptis hæredibus secundū volūtatem testatoris in tabulis scriptam.

Ascendentibus.

*Si à parente quis manumissus.*i. emancipatus 12. l.5.tūc parentibus prætteritis datur bonorum possessio contra tabulas filij.

Ex testamento militis.

*De bonorum possessione ex testamento militis.*13.l.1. cuiuscunque scilicet vt eius qui in hostili agro moratur,sola secundum tabulas eius datur,non contra:eorum enim testamenta quomodocunque facta rata esse debēt.

Patronis.

De iure patronatus. i. bonorum possessione quæ competit patronis prætteritis contra tabulas liberti 14.l.24.

*De obsequiis parentibus ac patronis præstandis.*15. l.11.Hæc enim debentur à liberto patronis etiam præter successionem.

LIB. XXXVIII.

*De operis libertorum.*1.l.51.

*De bonis libertorum.*2.l.51.

*De libertis municipum & aliarum ciuitatum.*3.l.1.

*De assignandis libertis.*4.l.13. Vni filiorum à patrono libertus assignari potest,vt is vnus & solus ius patronatus in eum consequatur,quod aliàs æqualiter in liberos transiret.

Si quid in fraudem patroni factum sit. 5.l.12.à liberto scilicet, idque vel testamento vel ab intestato, quò scil. minus quàm pars bonorum possessionis debita ad patronum peruenirет.Dat igitur operam Prętor ne ea res patrono fraudi sit.

Ab intestato:*Si tabulæ testamenti nullæ extabunt.*6.l.1.

*Vnde liberi.*7.l.8.

*Vnde legitimi.*i.vnde agnati.8.l.6.

*Vnde cognati.*9.l.10.

*De successorio edicto.*11.l.2.quo edicto si parentes vel liberi intra annum,cæteri intra centum dies bonorum possessionem non petierint, vel moriętur, eiusdem gradus personis petentibus, pars eorum accrescit:Si verò nullus in eo gradu sit, cæteris in proximo gradu accrescet. Quod edictum appellatur successorium,quia ordinem ordini,gradum gradui, personā personæ quasi per successionē substituti,vt vno repudiāte alter admittatur.Introducta est autem ne bona hæreditaria vacua & sine domino diutius iacerent & ita creditoribus longior mora fieret.

De gradibus,affinibus, & nominibus eorum. 11. l. 10.hęc nosse oportet,vt intelligamus quis cuique præferatur,ac proximior sit.

*Vnde vir & vxor.*12.l.1.

De *veteranorum & militum successione.*ab intestato scilicet 13.l.2.

Quibus non competat bonorum possessio 14.l.1.

Vt ex legibus & senatusconsultis bonorum possessio detur. 15.l.5. Hæc bonorum possessio datur iis:quibus vt detur, lege,vel senatusconsulto comprehensum est.

*Quis ordo in bonorum possessione seruetur.*16.l.5.

Affinia.

*De suis.*i.liberis parentibus,*& legitimis.*i.agnatis, patronis,*hæredibus*, ab intestato scilicet succedentibus 17.l.10.Qui non adeunt,ipso enim iure hæredes sunt: reliqui adire & bonorum possessionem petere coguntur.

Ad senatusconsultum Tertullianum, quo matres liberis *& Orficianum* quo filij matri & auiæ succedūt 18.l.10.Finis Infortiati.

LIB. XXXIX.

Edicta & interdicta ad conseruanda possessionum iura ex variis causarum figuris.

*De noui operis nuntiatione.*1.l.23.Nouum opus facere videtur is qui aut ædificando aut destruendo pristinam faciem operis immutat siue intra oppida siue extra, vel in villis aut agris. nuntiat autem opus nouum qui inhibet ne tale opus fiat,siue per Prętorem,siue per iactum lapilli aut aliam solennitatem consuetam, siue solis verbis.Expedit tamē vt duobus prioribus vtamur. Qui enim verbo tenus nunciat,possessorem eū facit cui nunciat.Quoties enim alius possessionem ingreditur,nec vllo externo actu testamur ius nostrum,videmur animo possessionē amittere.De remissione nūtiationis.j.dicetur lib.44. tit.25.

De *damno infecto.*infectū est quod futurum timetur, de cuius cautione hîc agitur.*suggrundis*,idest tabulis circum ædificia à summo expensis ad arcendam pluuiam,ita appellantur,quòd suggrediantur foras *protectionibus.* i. tectis proiectis 2. l.48.

De *aqua & aquæ pluuiæ arcendæ* actione scilicet 3. l. 26 etiamsi ex publico deriuetur.

De *publicanis, vectigalibus, & commissis.*i.vindicatis fisco 4.l.16.Hic titulus agit de dāno quòd à publicis conductoribus inferri potest.

De *donationibus.*5.l.36.has Prætor vt beneficio constantes tuetur.

De *mortis causa donationibus & capionibus.*6.l.4. quæ vt differunt à legatis,vide hîc Cuiacium.

LIB. XL.

Prejudiciales actiones in quibus quæritur an quis liber vel ingenuus & libertinus.

De *manumissionibus* 1.l.26.quæ vt iura libertatum,à Prætore cognoscuntur.

De *manumissis vindicta.*2.l.25.Vindicta erat virgula qua lictor Prætoris solennibus verbis præmissis seruum tāgebat,quem seruum mox dominus vertebat,atque ita ciuitatem ac libertatem consequebatur.

De *manumissionibus quæ seruis ad ciuitatem pertinentibus imponuntur.*3.l.3.Vniuersitas enim & collegium cui ius coeundi competit, ad instar priuati manumittere potest.

De *manumissis testamento.*4.l.61.ita manumissus Orcinus. i.ipsius defuncti libertus,dicebatur.

De *fideicommissariis libertatibus.*5.l.1.cùm iussus est hæres à defuncto seruum manumittere,ita manumissus hęredis libertus erat.

De *ademptione libertatis.*6.l.1.quæ vt testamēto dari potest, ita adimi.

*De statu liberis.*7.l.42.i.de iis qui non sunt statim liberi, sed ex certa die & conditione.

*Qui sine manumissione ad libertatem peruenianr.*8.l.9.

Qui & à quibus manumissi liberi non fiant, & ad leg. Aeliā Sētiam 9.l.31.quæ reuocat libertates datas à minore 20. annis & à debitore in fraudem creditorum.

*De iure aureorum annulorū.*10.l.16.i.equestri dignitate quā-

si seruus à principe impetrauerit, fit ingenuus non libertinus.

De natalibus restituendis libertinis scil. idque à principe quo facto fiũt perinde ingenui ac si ingenui nati essent iure patronatus extincto 11.l.5.

De liberali causa. 12.l.44. quæ præiudicialis dicitur in qua de statu & libertate personæ controuertitur.

Quibus ad libertatem proclamare non licet. 13.l.6. maiori 20 annis qui seipsum vendidit, &c.

Si libertus ingenuus esse dicetur. 14.l.6. ei licebit se ingenuum dicere, idque proponere intra quinquennium tamen manumissionis.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur 15. lege 4.

De collusione detegenda. 16. l.5. per consultum Ninianum, quoties cum seruo dominus colludit vt habeatur ingenuus, huiusmodi seruus fit eius quicollusionem detexit.

LIB. XLI.

De possessionibus, effectu, & causis earum.

Caussæ possessionis adquirendæ generales & speciales.

De adquirendo rerum dominio. 1. l.66. quod vt plurimùm possessione acquiritur. Hoc tit. modi acquirendi iure gentium & ciuili explicantur.

De adquirenda vel amittenda possessione 2.l.54. Possessio est ius retinendi & insistendi rei.

De vsucapionibus & vsurpationibus. 3. l. 45. Vsurpatio est vsucapionis interruptio. Vsucapio est dominij per vsum continuum acquisitio. his duabus ciuili iure acquirimus.

Pro soluto. 4.l.4. Sequuntur causæ iustę vsucapionũ, quæ sine titulo non valent, pro soluto vsucapit, cui res debiti causa tradita est.

Pro emptore, qui reuera emit. 5.l.14.

Pro hærede vel possessore. 6. lege 4. qui ex causa hæreditatis vel bonorum possessionis rei incumbit.

Pro donato 7.l.6. qui ex donatione habet.

Pro derelicto 8. lege 8. qui rem delictam occupauit.

Prolegato. 9. lege 9. à quo res legati nomine tenetur.

Pro dote 10.l.3. cui ex causa dotis.

Pro suo. 1.l.5. qui putat rem se possidere vt suã, cuique nullus alius titulus est.

LIB. XLII.

Quomodo possessionum controuersiæ Iudicis authoritate explicantur. Hæc autem Iudicia sunt vel

Ordinaria quoties creditores in bonorum debitoris possessionem mitti petunt, vbi æs debitoris declaratum est ex aliqua earum causarum quæ sequuntur.

De re iudicata & de effectu sententiarum, & de interlocutionibus. 1.l.64.

De confessis. 2.l.8.

De cessione bonorum. 3.l.9. ad quam faciendam debitor paratus est.

Quibus ex causis in possessionem eatur. 4.l.5. rei seruandæ scilicet, vt debiti, legatorum, & vẽtris nomine.

De rebus, debitoris scilicet, *authoritate Iudicis possidendis* à creditore, *vel vendendis.* 5.l.15.

De priuilegiis creditorum. 6.l.23.

De separationibus 7.l.7. id fit quoties creditores hæreditarij, & legatarij postulant bona defunctià bonis hæredis separari.

De curatore bonis dãdo 8.l.9. qui bona tueatur, & distrahat & ex redacto creditoribus soluat.

Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituãtur. 9.l.25.

LIB. XLIII.

Extraordinaria.

De interdictis siue extraordinariis actionibus, quæ hodie *pro his.* in loco interdictorum *competunt.* 1.l.5. Interdicta sunt formulæ, quibus Prætor vel iubet vel vetat aliquid. Dantur interdicta ei qui cum alio de possessione contendit. Hodie verò formulæ & impetrationes illæ Prætoriæ sublatæ sunt.

Vniuersalium rerum interdicta.

Quorum bonorum 2. l.2. Est adipiscendæ possessionis, & accommodatur bonorum possessori qui ius & dominij hæreditatis tanquam hæres adeptus est, & eius possessionem corporalem non habet.

Quod legatorum. 3.l. 2. datur hæredi ad aduersus eum qui aliquid legatorum nomine non ex voluntate hæredis occupauit, vt id quod se alius occupat, ipse hæres adipiscatur.

Ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit. 4.l 4.

De tabulis exhibendis. 5.l.5. datur hoc interdictum omnibus quibus aliquid ex testamento libello vel codicillo adscriptum est, quorum interest tabulas exhiberi, eóque tenetur is qui tabulas testamenti supprimit iis qui aliquid in his adscriptum habent.

Singularium rerum quæ sunt vel iuris

Sacri. *Ne quid in loco sacro fiat.* 6.l.3.

Publici, *De locis & itinerib. publicis.* 7.l.3. in quibus vetat Prętor quid fieri ad impediendum loci publici vsum.

Ne quid in loco & itinere publico fiat. 8.l.7.

De loco publico fruendo. 9.l.2. ab eo qui eum conduxit. hoc introductum est ad conseruanda vectigalia conductoribus locorum publicorum.

De via publica & si quid in ea factum esse dicetur. 10. l.7. Hoc interdictum agit de via vrbica & munere ædilium, vt ciuibus hoc interdictum non competat, quemadmodum interdictum, Ne quid in loco publico.

De via publica, & itinere publico reficiendo. 11. l. 4. aduersus eum competit qui specie refectionis viam fecit deteriorem, & immutauit.

De Fluminibus, ne quid in flumine, ripáve eius fiat, quò peius nauigetur 12.l 4.

Ne quid in flumine publico fiat quò aliter aqua fluat atque priore æstate fluxit 13.l.1.

Vt in flumine publico nauigare liceat 14.l.1.

De ripa munienda. 15. l. 1. id est ne vis fiat munienti ripam flumĩnis agrúmve qui circa ripam est.

Priuati. Ea interdicta proponuntur vel

Rei nostræ conseruandæ causa.

De vi & vi armata. 16. l. 2. aliàs *vnde vi* dicitur. Hoc interdicto is qui deiectus est cogitur possessionem restituere. Est igitur interdictum comparatum recuperandæ possessionis causa.

Vti possidetis. 17. l. 4. est retinendæ possessionis interdictum: competit cùm ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuersia est, & in eo de ædium aut fundi possessione contenditur.

De superficiebus 18. lege 2. vel *de superficijs.* Hoc interdictum competit superficiario, qui in alieno solo ædificauit, quod à domino conduxit ea lege, vt in eo ædificaret, & sibi haberet ędificium in perpetuum vel in plures annos sub annuo solario.

Iuris nostri cõseruãdi causa.

*De itinere actũque priuato.*19.l.7

*De aqua quotidiana & æstiua.*20.l.8.

*De riuis.*21.l.4.

*De fonte.*22.l.1.

*De cloacis.*23.l.2.

*Quod vi aut clã.*24.l.21. factũ erit scil. clàm facit qui non denũtiauit se facturum: vi, qui contra denũtiationem. Cõpetit omnibus quorũ interest factum nõ fuisse aduersus eũ qui fecit aut iussit fieri.

*De remissionibus.*25. l.1 quibus impetratis à Prætore post nũtiationem operis nobis factã (de qua supra diximus lib. 39.Tit.1.) si quid fecerimus vt factum fuissedicendum nõ erit. Remissio est nũtiationis abolitio.

De precario. 26.l.22.datur ei qui precario, id est, rogatus concessit aduersus eum qui ex ea causa detinet.

De arboribus, scilicet vicini, *cædendis.*27.l.2. & cõlucandis, sublucandis, adimendis, coercendis si in meum agrum aut meam domũ emineant.

De glande, quæ scil. in alienum fundũ cadit, *legenda* 28. l. 1. à domino arboris cui legenti Prætor vetat impedimentum fieri.

Officij causa.

*De libero homine exhibendo.*29.l. 4. Hoc interdictũ cuiuis fauore libertatis cõpetit. Datur aduersus eum qui liberũ detinet vt eũ exhibeat & in publicum producat.

De liberis exhibendis ceu ducendis, quod interdictũ datur ei, qui eum habet in potestate, vt illi filius exhibeatur, & eum possit deducere 30. l.1.

*Vtrubi.*31.l. 3. competit pro retinenda possessione rei mobilis, vt *Vti possidetis* pro immobili, cui titulo hic subiungendus erat.

De migrando. 32. l.2.i. ne cõductor ex ædibus migrare volens, soluta pensione, impediatur à locatore.

De Saluiano interdicto, 33.l.2.creditori datur ad adipiscendã possessionem rerũ coloni in agro cõducto enatarũ vel nominatim pignori obligatarum.

LIB. XLIV.

Exceptiones.

*De exceptionibus, præscriptionibus, & præiudiciis.*1.l.24.

De exceptione rei iudicatæ 2.l.31.

De diuersis temporalibus præscriptionibus & accessionibus possessionum i. temporũ in quibus quæritur an accedere tuũ tempus meo possit, qui tibi in rem vel in ius successit 3.l.16.

*De doli mali & metus exceptione.*4.l.17.

Quarum rerum actio non datur. 5. l. 2. post rem iureiurando decisam, &c.

*De litigiosis.*6.l.3.rebus scil. qui sciẽs rem emit litigiosam huic petenti possessionem obstat rei litigiosæ exceptio, quam emere non debuit.

*De obligationibus & actionib.*7.l.60.in genere scil. hîc enim proponuntur multa quæ sunt communia actionibus vel quasi, de quibus superiùs dictum est à tit.2.lib.5.Obligatio autem ab obligando ceu vinciẽdo dicta est, vt sit vinculum quo astringimur ad aliquid soluendum. Actio autem est ius in Iudicio persequendi quod nobis debetur.

SEPTIMA.

LIB. XLV.

Actiones ex stipulationibus & verborũ obligationibus in genere descendentes, quæ vel cõtrahuntur Proprio nomine. supra enim vidimus de actionibus quæ veniunt ex iis contractibus qui vel re vel consensu perficiebantur.

*De verborum obligationibus.*1.l.141.i.stipulationibus.Stipulatio vel à stipulo (quod firmum est) vel à stipe. i. pecunia quã stipulari solemus, dicta est. Stipulationes sunt vel prætoriæ, iudiciales: dandi, faciendi: certi, incerti: puræ, conditionales. Constãt autem interrogatione & responsione: earum effectus est certi condictio & actio ex stipulatu, quas error, dissensus, res turpis stipulata, forma non obseruata vitiat.

*De duobus reis constituendis.*2.l.19.stipulandi scilicet vel promittendi. Reus dictus est, cuius res agitur, Rei stipulãdi dicuntur, qui eandem rem sibi dari stipulantur. Rei debendi qui eandem promittunt.

*De stipulatione seruorum.*3.l.40.quibus licet stipulari domini sui consideratione, cuius respectu caput habent.

Alieno nomine, supra enim dictũ est de iis quæ proprio nomine contrahuntur.

LIB. XLVI.

*De fideiussoribus & mandatoribus.*1. l. 74. Fideiussor dictus qui alieno nomine obligatur & alterius obligationem suscipit, & fide sua alteri credi quasi iubet. Mandator is est, qui fideiussorem fideiubere, vel creditorem alteri credere rogat. Exiguntur fideiussores à debitore vt si creditor à debitore consequi non possit à fideiussore debitum consequatur.

Quomodo dissoluuntur, nam supra dictum est quomodo actiones ex stipulatione contraherentur.

*De nouationibus & delegationibus.*2.l.24. Nouare est prius debitum in aliam obligationem transfundere. Delegare est vice sua alium debitorẽ creditori vel cui creditor iusserit dare.

*De solutionibus & liberationibus.*3.l.106.

De acceptilationibus. 4.l.23. Acceptilatio dicta est ab acceptum ferendo. Acceptum ferre nihil aliud est quàm fateri se ab aliquo accepisse.

Actiones ex stipulationibus prætoriis descendẽtes: nam de stipulationibus in genere diximus.

*De prætoriis stipulationibus.*5.l.11.Prætoriæ sunt quæ à mero Prætoris officio, vt damni infecti, legatorum, & ædilitiæ proficiscuntur.

*Rem pupilli, vel adolescentis saluam fore.*6.l.12. quam ita fore tutores vel curatores antequam administrent satisdare tenentur, exceptis testamentariis.

*Iudicatum solui.*7.l.21.alieno nomine conuentus tenebatur satisdare de re iudicata, de re defendenda, & dolum malum abesse, & abfuturum.

*Ratam rem haberi & de ratihabitione.*8.l.25.quam procuratores actoris & rei mutuò à se petunt.

LIB. XLVII.

Actiones, seu obligationes ex maleficio, ceu Iudicia criminalia: nam superius à nobis expositę sunt actiones, quę ex contractu descenderent, ea sunt vel priuata, vel publica.

Priuata.

*De priuatis delictis.*1.l.3.agunt quibus iniuria in priuatum illata vindicatur. Ea sunt vel ordinaria

Ordinaria.

De furtis 2.*l.*94.

De tigno, per furtum sublato scilicet, *iuncto* ædibus, vt ita eludatur actio domini ti-

gnum repetentis. Tigni nomine tegulas & lapides etiam intelligimus 3.l.2.

Si quis testamento liber esse iussus fuerit post mortem domini ante aditam hæreditatem surripuisse aut corripuisse quid dicatur. 4.l.3. intra annum vtilem dupli scilicet iudicium dabitur.

Furti aduersus nautas, caupones & stabularios 5. l.1. nobis competit actio aduersuseas personas, si quid in eorum naui, caupona, aut stabulo nobis surreptum.

Si familia furtum fecisse dicatur. 6.l. 6. dominus illos aut noxè dedere tenetur aut pro singulis litis æstimationem offerre.

Arborum furtim. i. clàm & ignorante domino, *cæsarum.* 7.l.12. Hac actione etiam agemus si arbores vel succisæ, vel cinctæ sint

Vi bonorum raptorum, & de turba. 8.l.6.

De incendio, ruina naufragio, rate, naue expugnata. 9.l.12. i. de his qui ex huiusmodi causis aliquid rapuisse dicuntur.

De iniuriis & famosis libellis. 10.l.45.

Extraordinaria.

De extraordinariis criminibus. 11. l. 8. quibus scilicet nullæ pœnæ certæ constitutæ sunt, sed quę arbitrio iudicis commissæ.

De sepulchro violato 12.l.11.

De concussione. 13. l. 2. Concussio dicitur cùm quis quid iudicij magistratus aut potestatis quam habet metu aut alio terrore pecuniam alicui extorquet.

De abigeis. 14.l.3. i. iis qui pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt, qui hominem surripit, plagiũ committere dicitur.

De prænaricatione. 15.l.7. eius scil. qui partem aduersam adiuuat prodita eius quem defendit causa.

De receptatoribus. 16.l.2. quales sunt ij qui maleficũ receptãt in suo vel alieno & præstant ei causam occultandi: pari cum latronibus pœna puniuntur.

De furibus balnearijs. 17.l.3. qui scil. vestes in balneis lauantium surripiunt.

De effractoribus, qui carcere effracto euadũt, *& expilatoribus.* ędium scil. aut villarum 18.l.2. sub hoc titulo comprehenduntur ij qui domos vel parietes ædium alienarum perfodiunt.

Expilatæ hæreditatis. 19.l.6. crimine scil. vindicando ab iis quorum interest non esse expilatam hæreditatem.

Stellionatus. 20.l.4. quo vocabulo vtimur ad crimen definiendum, quod speciali alio nomine definitum non est.

De termino moto. 21.l.3. hoc crimen punitur relegatione aut verberibus.

De collegiis & corporibus 22.l.4. sine authoritate Senatus vel principis celebratis scilicet.

De popularibus actionibus 23.l.8. sic dictæ quòd cuilibet de populo competant, quales sunt ferè extraordinariæ, de quibus ś. quibus iura publica tuentur.

LIB. XLVIII.

Publica.

De publicis Iudiciis 1. l. 14. in quibus de crimine publico, quod omes tangit, agitur.

Præparatoria huiusmodi iudiciorum.

De accusationibus & inscriptionibus, quibus profitemur scripto quod crimen intendamus. 2.l. 22.

De custodia reorum, qui sunt accusati scilicet, *& exhibitione*, eorum scilicet à Commentariensibus facienda 3 l. 13. Commentariensis si eius delicto reus aufugit, eadem pœna afficietur qua is qui aufugit.

Capitalia.

Ad leg. Iuliam maiestatis 4.l.10.

Ad leg. Iuliam de adulteriis coercendis. 5.l.44.

Ad leg. Iuliam de vi publica 6.l.12. quæ cũ armis scil. committitur, qua lege tenetur qui arma præter necessarium vsum cogit, qui turbę & seditionis consilium init, aut eam committit.

Ad leg. Iuliam de vi priuata 7.l.8. i. sine armis, qua tenetur qui alium pulsauit, pignus abstulit, obstitit ne in iudicium iretur &c.

Ad leg. Corneliam de sicariis & veneficiis 8.l. 7. Sicarij sunt qui quocunque telo interficiunt: sica à secando dicta.

Ad leg. Pompeiam de parricidiis. 9.l.2. hac etiam tenetur parens qui filium interfecit.

Ad leg. Corneliam de falsis & de S.C. Liboniano. 10.l. 33. quo puniuntur subornatores testiũ qui donis promissis, aut pecunia ad id faciendum perducti sunt.

Pecuniaria.

Ad leg. Iuliam repetundarum. 11.l.9. i. repetendarum pecuniarum, quas quis in magistratu accepit, quominus ex officio faceret, vel cùm gratis facere debuit.

Ad leg. Iuliam de annona. 12.l.3. per monopolia scilicet cariore reddita.

Ad leg. Iuliam peculatus. Peculatus est publicæ pecuniæ vel alterius publicæ rei interceptio, *& de sacrilegiis & residuis* qua tenentur scil. qui pecuniam in vsum publicum destinatam retinent. 13.l.15.

Ad leg. Iuliam de ambitu. 14. l.1. qua tenetur qui in petitione magistratus suffragia, & multitudinẽ mercede conduxit.

Ad leg. Fabiã de plagiariis. 15.l.7. qua tenetur is qui liberum hominem vel seruum alienum suppressit: differt à furto. Cuiac. hîc.

Ad S.C. Turpillianum, quo puniuntur accusatores qui calumniantur, præuaricantur, aut desistunt ab accusatione, *& de abolitionibus criminum.* 6. l.5. Abolitione reus numero reorum eximitur.

Abolitio.

De requirendis absentibus vel damnandis. 17. l. 5. quales sunt contumaces.

De quæstionibus. 18.l.22. siue tormentis quibus veritas exquiritur.

De pœnis. 19.l.41. capitalibus.

De bonis damnatorum 20. l. 6. in fiscum scilicet publicandis.

De portionibus, quæ liberis damnatorum concediũtur 21.l.9.

De bonis eorum qui ante sententiam vel mortem sibi consciuerunt, vel accusatorem corruperunt, 22 l.3.

De interdictis, relegatis & deportatis. 23. l.9. Exilium dicitur ab ex & solũ, vt exul sit is qui extra suũ solum suámque patriam pulsus sit. horum tria erant genera: interdicti quibus certi loci aditu commerciòque interdictum erat. Relegati propriè, qui in locum aliquem ab amicis & notis remotum amandabantur. Impropriè, qui certo quodam loco veluti concludebantur, vt ij qui domo, vrbe, patria vicis aliquot egredi vetabãtur, vel qui omnibus locis prętер certum locum interdicuntur. Deportati, qui ciuitate sua mulctati vincti neruo aut compedibus (vt verisimile est) in insulam transferebantur. hos inter & relegatos differentia erat: deportati ciuitatem & bona amittebant, Relegati neutrum: illi vincti naui in insulam deportabantur, hi exire iubebantur: illi in perpetuum, hi sæpissimè ad tẽpus: interdum tamen hæc duo vocabula confunduntur. Hæc studiosi debeant Hotomano, qui vt alios prętermittam, accuratissimè & diligentissimè hæc omnia annotauit.

De sententiam passis & restitutis à principe scil. 24.l. 4.

De cadaueribus punitorum 25. l.3.

LIB. XLIX.

De appellationibus, quæ sententiam sequũtur & damnationẽ, ceu ciuilem vel criminalem, quę aut iniquitatem aut imperitiam litigantis detegit.

De appellationibus ad principem vel maiorem iudicem *& relationibus* Iudicum ad principem vt princeps ęstimet quam velit ex pluribus opinionibus sequẽdam 1.l.27.

A quibus appellari non licet, à principe scil. nec à Senatu 2. l.2.

Quis & à quo appelletur. 3 *l.*3.

Quando appellandum sit & intra quæ tempora 4 *l.*3.

De appellationibus recipiendis, vel non. 5.l.7.1. quorum appellationes non recipiantur.

De libellis dimissoriis, qui Apostoli dicũtur. 6.l.1. Dimissorij dicti quòd per eos causa ad eum qui appellatus est, dimittatur. Apostoli dicti ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν, quod mittere significat.

Nihil nouari appellatione interposita. 7.l.7.1. attentari & ad executionẽ perduci nihil, post appellationem interposita tam debet.

Quę sententiæ sine appellatione rescindantur. 8.l.3. earum septẽ sunt species, quæ ipso iure nullæ sunt, quas hic VVesembecius notat.

An per alium causæ appellationum reddi possunt. 9. l. 2. in ciuilibus per alium appellare possumus, in criminalibus & capitalibus non æquè.

Si tutor vel curator vel magistratus creatus appellauerit 10. l.2. i. si quis appellauerit à suffragio vel sententia quo tutela, cura vel magistratus illi delatus est.

Eum qui appellauerit in prouincia defendi, 10. l.2. æquum est scil.

ſcil.in reip. cauſa extra prouinciam abſit,ſi extra eam cauſam abfuerit in prouincia conueniri & defendi poteſt.

Apud eum à quo appellatur.i.à quo appellatum eſt,*aliam cauſam agere compellendum*. 12. l. i. is qui appellauit ſi aliam cauſam apud illum tanquam iratum quòd ab eo priùs appellauerit agere nolit,non audietur.

Si pendente appellatione mors interuenerit.13.l.1.an appellatio extincta erit vel continuabitur?

De iure ſingulari & priuilegiis, & cauſis priuilegiatis, quales ſunt eæ,quæ ſunt contra formam iuris communis.

De iure fiſci.14.l.50.Fiſcus eſt principis ærarium & principis patrimonium.

De captiuis, ab hoſtibus ſcil. qua captiuitate à limine ſuæ patriæ videntur quaſi egreſſi *& poſtliminio*.i. reditu ab hoſtibus ad ſuę patrię limen *& redemptis ab hoſtibus*.15. l. 30. quid ſcil.de illis ac illorum bonis & ſtatu dici oporteat.

De re militari 16.l.15.

De Caſtrenſi peculio. 17.l.20.& eius priuilegio ſcil.

De priuilegiis veteranorum.18.l. 5. Veterani dicuntur qui exacto militiæ tempore honeſtè dimiſſi & ſacramento ſoluti ſunt.

LIB. L.

Ad legem municipalem,quę ſcilicet lata eſt de municipibus. Municipes autem ſunt ciues.Romani,aliorũ locorum quàm Romanæ vrbis,qui ſuo iure & legibus vtebantur,ita dicti quòd muneris tantùm honorarij cum populo Ro.participes eſſent:fiúntque aut natiuitate & origine,aut manumiſſione & adoptione, *& de incolis*, qui ſcilicet in huiuſmodi locum vel fines eius domicilium ſuum contulerunt.1.l.38.

De decurionibus,Decuriones ſunt ſenatores municipiorum,ita dicti,quòd initio cùm Coloniæ deducerentur,decima pars eorum qui deducebãtur concilij publici gratia conſcribi ſolita ſit.*& filiis eorum*.2.l.14.Horum priuilegia erant ne torquerentur & damnarentur in metallum & pauperes alerentur:quæ priuilegia in eorum liberos tranſmittebantur.

De albo ſcribendo.3. l.2. Album nihil aliud eſt quàm tabula publica, in qua nomina decurionum deſcribebantur.

De muneribus.munus hîc onus ſignificat vel adminiſtrationem,quàm quis neceſſariò in municipiis ſubire cogitur,vel lege vel more vel imperio principis,eſtque vel patrimonij vel perſonarum vel vtriuſque,*& honoribus* 4.l.18.

De vacatione & excuſatione munerum.5.l.24.i. quibus cauſis quis ab huiuſmodi oneribus excuſetur.

De dure.i.duratione,conditione,forma, *immunitatis*.6.l.6.quatenus duret ſcilicet & in hæredes,liberos vel libertos extendatur.

*De legationibus*7.l.10.quarum cauſa vacationem à muneribus quis obtinet etiam biennio poſt legationem.

De adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.8.l.10.

De decretis ab ordine.decurionum ſcilicet de quibus dictum eſt tit.2.huius lib.*facendis*.9.l.16.

De operibus publicis.10.l.7.quæ quis ſuo ſumptu ſine principis authoritate facere poteſt, dum tamen ſeditioni materiam non præbeat.

De nũdinis.11.l.2.dictę ſunt ànouo quoque die,quo agricolæ ſuis rebus vendendis & aliis ducendis in vrbem confluebant,quaſi Nouendinæ.

De pollicitationibus. 12. l. 19. Pollicitatio eſt nuda & ſpontanea offerentis promiſſio,ex qua etiã quis reip.tenetur.

De variis & extraordinariis cognitionibus,prętoriis videlicet & ſummariis:nam Prętor nõ ſolebat iudicare,ſed pedanei eius Iudices, vnde extraordinaria cognitio dicitur, quoties nõ ipſi pedanei, ex more,ſed ipſe Prætor cognoſcit, *& ſi Iudex litẽ ſuã feciſſe dicatur*.litẽ facere dicitur Iudex quoties eius quem iniuria abſoluit partes ſuſcipere tenetur.

De proxeneticis.i.14.l.3.Proxenetica ſunt prępmia interpretibus vel cõciliatoribus nuptiarum & amicitiæ debita.Κατὰ τὴν προξενεῖαν,quod eſt hoſpitẽ conciliare.

De cenſibus.15.l.8.i.tributis & præſtationibus quæ fiſco imperatoris debentur, ſúntque vel perſonales,vt Capitatio : vel reales vt Iugatio quæ à modo Iugerum dicitur.

De verborum ſignificatione.16.l.246.

De regulis iuris Antiqui.17.l.212.

DE RATIONE ORDINIS A IVRISCONSVLTO IN CODICE SERVATI.

PROOEMIA quæ ad conſtitutionum compoſitionẽ pertinent.

De nouo codice faciendo.1.in Gregoriano Codice continebantur leges ab Adriano ad Valerianum: in Hermogeniano à Claudio ad Diocletianum : in Theodoſiano à Conſtantino ad Theodoſium : Aliæ quoque erant leges latæ à Theodoſio ad tempora Iuſtiniani. Hac conſtitutione Iuſtinianus declarat ſibi curæ eſſe vt hæ omnes conſtitutiones in vnum Codicem(quem nouum & Iuſtinianeum vocari iubet)redigantur,& in titulos diſſerantur.

De Iuſtinianeo Codice confirmando 2.Hæc conſtitutio lata eſt anno circiter 531.

De emendatione Codicis Iuſtinianei. 3. Hac conſtitutione lata anno 536. circiter. iubet Codicem nouum repurgari atque is eſt quo nunc vtimur,qui ideo repetitæ prælectionis ſeu lectionis vocatur.

Obiecta conſtitutionum ſunt ius publicum vel priuatum.

DE IVRE PVBLICO, quod conſtitit vel in Sacris in quibus conſideramus

Ius ipſum diuinum,vel ipſam fidem & doctrinam.

De ſumma trinitate,de fide Catholica,& vt nemo de ea publicè contendere audeat. 4. 1. an vnus Deus ſit in tribus perſonis : item an Filius ſit Patri ὁμοούσιος.

Res ſacras.

De ſacroſanctis Eccleſiis.i.ædibus Deo conſecratis, quæ & Dominica vocantur *& priuilegiis earum*.

Perſonas,ceu miniſtros veræ Eccleſiæ.

De Epiſcopis,à vigilantia ſic dicti ſunt, *& Clericis* à ſorte qua antiquitus eligebantur, *& Orphanotrophijs*.qui ſc.Orphanos ſubſtantiis deſtitutos aluet.*Brephotrophiis*, qui infantes *Ptochotrophys*,qui pauperes & mendicos aluut, *Xenodochijs* qui aduenas egentes & debiles, *Aſcetrijs*, mulieribus ſcil.quæ totæ diuinis meditationibus deditæ, *& Monachis & priuilegijs eorum & caſtrenſi peculio*, imitatione eorum qui in caſtris militant, ſic dicto: *& de redimendis captiuis*, ab iis ſcil. quibus ob eam cauſam aliquid relictũ eſt, *& de nuptiis*,ſecundis ſcil. *Clericorum vetitis ceu permiſsis*,ante ſcil. Clericatum.

De Epiſcopali audientia.i.notione Epiſcopi: neque enim iuriſdictionem nec apparitorem,nec executionem habet, *& de diuerſis capitulis quæ ad ius*, quo in concilium adhibentur, curámque Clericorum,pauperum,captiuorum,infantium expoſitorum & alimentorum, nuptiarum, teſtamentorum implendorum habent,*& reuerentiam*, vt ſcil. ab iis appellari non poſſit,*pertinent Pontificalem*.7.

De miniſtris falſæ Eccleſiæ.

De Hæreticis, quorum hîc multas ſpecies enumerat: ita dicti ſunt à pertinaci electione opinionis.Eſt enim Hæreſis pertinax in articulis fidei error, quos extirpare ad curam veri miniſtri pertinet, quique ab Eccleſię priuilegiis ita alienã

esse debent, vt & silentium illis imponi, loca adimi, eorum cœtus non Ecclesiæ, sed conuenticula appellari debeant, & *Manichæis*, qui inter cętera Christo corpus fantasticum & veris humanitatis proprietatibus destitutum tribuebāt, & *Samaritis*, qui mixti erant ex Iudaismo & Paganismo.8.

Ne sanctum baptisma iteretur 9. qui Baptismum iterant, Anabaptistæ dicuntur.

De Apostatis 10. hi sunt qui penitus è Christiana religione defecerūt in aliam quæ Christum apertē negat, qualis est Iudęorū, Ethnicorum & Turcarum. Hoc epitheton Iuliano Imperatori à scriptoribus Ecclesiasticis ob eam causam datum est.

Nemini licere signum 1. effigiem (quidam signū crucis interpretātur) *Saluatoris Christi humi, vel in silice, vel in marmore insculpere vel impingere*.11.

De Iudæis, quibus ll. synagogas permittunt, & *cœli olis* 12. possunt hi esse, quorū Prophetæ meminerunt, qui reginæ & militiæ cœli seruiebant. Hier. 44. Soph.

Ne Christianum mancipium 1. seruum *Hæreticus vel Iudæus vel Paganus habeat vel possideat, vel circumcidat*.13.

De Paganis. Pagani dicūtur qui quasi ex agrestium locorum cōpitis & pagis alieni sunt à ciuitate Dei, sūntque hi qui Gētilium sacra retinent, quæ in pagis diutius quàm in vrbibus custodita, quia rudiores difficiliùs à falsis abducuntur vtpote Iuris ignari, & *sacrificiis*, eorum scil. tollendis, & *templis* eorum claudendis *simulachris* eorum tollendis & confiscandis.14.

De his quì ad Ecclesiam confugiunt, ob æs alienū scil. vel delictum, *vel ibi exclamant*, quales sunt ij qui tumultu quietem turbāt, & nequis ab Ecclesia extrahatur. 15. fruuntur enim iure Asylorum.

De his quì in Ecclesiis manumittūtur 16. hæc manumissio introducta, quia non omnibus æquè facilè erat Romam ad comitia proficisci, & quacunque manumissione eam libertatem consequi.

Legibus.

De legibus. quarum ferendarū ius olim fuit penes populum Rom. de quibus in genere hîc agit, & de earum obseruatione, ne Imperatore quidem excepto, & de fraude in eas commissa, & benigna & leui interpretatione non ad præterita negotia extendēda, & *constitutionibus Principum*, quarum condendarū ius à populo in Imperatores translatum est.17.

De mandatis Principum.18.

De Senatusconsultis 19.

De veteri iure, ius vetus appellat libros prudentū quibus potestis de iure respondēdi ab Imperatoribus data est. *enucleando*. 1. in ordinem redigendo sublatis desuetis similibus & contrariis, vtilibus in certos quosdam titulos redactis. & *de authoritate Iurisprudentium, qui in Digestis referuntur*.20. æquata scil. vt Papiniani authoritas alius non sit potior. Lex 1. huius tit. refert propositum Iustiniani de Iure enucleando: lex 2. iuris iam emendati narrationem.

De Iuris. de cuius speciebus variis supradictum est, & *facti*. 1. rei gestæ *ignorantia* illius vt certi ignorantia non excusat, huius excusat.21.

De precibus quas in proximo tit. vocat libellum, *Imperatori offerendis*, etiam à seruo homine qui laudabili exemplo fidei mortem domini vendicare cupit, & *de quibus rebus supplicare liceat*, nempe pro dilatoria debiti soluendi non peremptoria, præstita tamē cautione de soluēdo ab impetrante, non autem de damnosis fisco, & semel tantùm, nec contra sentētiam Præfecti Prætorio, nec refert à quo fiat impetratio dum Iuri non sit contraria.22.

Quando libellus Principi datus litis contestationem faciat.23.

Vt lite pendente, lis pendet iure ciuili à contestatione, Iure canonico post oblatum libellum, *vel post prouocationem*, omissam scil. quia cùm à sententia prouocatur, nec rescriptum postea secutum retrahet, ea quæ iudicata sunt, *aut definitiuam sententiam*, quæ nō est appellatione rescisa scil. *nulli liceat Imperatori supplicare*.24.

Si contra ius vel vtilitatem publicam vel per mendacium fuerit aliquid impetratum vel postulatum.25.

De diuersis rescriptis, quibus scil. Princeps libellis supplicibus rescribit, quibus contraria est subreptio, obreptio & inciuilis petitio: diuersa autem hîc dicit, quia quędam ius non faciunt quędam personalia & temporalia perpetua: valida, inualida, & *pragmaticis sānctionibus* vel iussionibus scil. in quibus Princeps difficiliùs precibus respondet cōsilio adhibito ad relationem Iudicum neque ad preces singulorū & in priuatis, sed ciuitatum & prouinciarum. 26.

De statuis & imaginibus, quę interdū Imperatori, interdū Iudicibus erigebantur.27.

De iis quì ad statuas confugiunt, Principum scil. ad statuas enim Imperatoris quiconfugiunt videntur Principi supplicare & auxilium petere contra violentiam alterius.28.

Magistratibus, qui sunt viua vox Iuris ciuilis & legis, quorū tractatio considerari potest.

In specie, sūntque vel

Illustres

In prouinciis

De officio Præfecti prætoriorum, duo enim erant, *Orientis*, qui in Asia & *Illyrici* qui in Europa.29.

De officio Præfecti prætorio Africæ, quam Iustinianus à Vandalis qui eam occupauerant, recuperauerat, & *omni eius diœcesis statu*, qui status in septem prouincias diuisus erat. In lege 2. huius Tit. mandat Iustinianus Bellisario vt in traiectu Africæ, qui est contra Hispaniam milites collocaret, qui obseruarent ea quæ in partibus Gallię siue Francorum agerentur, vt mirum sit cùm Gallia Iustiniano non paruerit, quî fiat vt in Galliis prouinciæ reperiantur, quæ vtantur hoc Iure à Iustiniano conscripto, nisi si repetere libeat ab Alexandri Seueri temporibus, sub quo Paulus scribit Gallos Lugdunenses, Viennenses, & Narbonenses iuris esse Italici.30.

In vrbe,

De officio Præfecti vrbi, Constantinopolęos scil. 31. neque enim meminit Romanæ: huic Præfecto cura vrbis & centesimus ab ea lapis commissus erat vltra cētesimum Præfecti præt. erat.

In castris,

De officio Magistri militum, qui scil. in milites & eorum duces id poterat quod Præfectus Prætorio in prouinciales, & Præsides.32.

In aula.

De officio Quæstoris. 33. Quæstor à querēda pecunia primùm dictus: Principes postea iis vsi sunt ad orationes & epistolas & libellos in Senatu recitandos, quorum demum authoritas ita creuit, vt non tātùm recitarent, sed componerent edicta & leges vice Principis. Quidam putant hac voce significari eum quem Cancellarium vocamus.

De officio Magistri officiorum, aulicorum scil. 34.

De officio Comitis sacrarum largitionum.35. Comes dictus à comitando siue sequēdo. sacrarum largitionum diciturqui olim Præfectus ærario, deinceps Procurator fisci vocatus est.

De officio comitis rerum priuatarum.36.

De officio Comitis sacri patrimonij. 37. quidam legunt sacri palatij.

Spectabiles, quæ dignitas media est inter illustres & clarissimos.

De officio Procōsulis, qui in certas prouincias mittebatur cum Imperio Consulari, & *legati*, qui Proconsuli dabatur.38. Perperam hîc subiungitur de officio comitis sacri patrimonij: Proconsul & legatus cognoscebat de ciuilibus & criminalibus causis.

De officio comitis Orientis. VVesembecius hîc notat hūc comitem Iurisdictionem non

nem non habuisse, sed Magistratuum actus & prouincialiũ querelas obseruare, eásque referre ad Principem solitum vt ita differat à Præfecto Prætorio Orientis.39.

De officio Præfecti Augustalis. 40. ita dicti quòd ab Augusto in Aegypto fuerit constitutus, huius sedes erat Alexandria.

De officio Vicarij, Præfecto prætorio scil. hic vicarius in ciuilibus causis comitibus militum anteferebatur, in militaribus iisdem postponebatur.41.

Clarissimi.

Ordinarij.

In vrbe, *De officio Prætoris.* 42.

In prouincia, *De officio Rectoris prouinciæ.* 43. is de falso cognoscebat, & eius incidentibus & de causa proprietatis, de contumacibus ad Præfectum prætorio vel ad Imperatorem referebat. iidem si boni vt laudari, ita officio non fungentes accusari. De officialibus Præfectorum delinquentibus cognoscere debent. Et *vt nulli patriæ suæ administratio, sine speciali permissu Principis permittatur*, hęc verba postrema in quibusdam Codicibus Titulũ specialem habent.

Extraordinarij.

De officio Præfecti vigilum. 44.

De officio præfecti annonæ. 45.

In genere quos consideramus vel

In Vrbe scil. Constantinopoli & Romæ.

In Prouincia & diœcesibus.

De officio ciuilium Iudicũ. 46. quales sunt Præfecti vrbis, Prætor, qui vel inter priuatos vel inter militem actorem & priuatum reum Iurisdictionem habent.

In Militia.

De officio militarium Iudicũ. 47. quales sunt Comites, Magistri equitum & peditum, qui inter priuatum actorem & militem reum cognoscunt.

De officio Tribuni & Comitis rei militaris. 48. hic titulus à Cuiacio legitur.

Ne rei militaris comitibus vel tribunis lauacra præstentur. 48.

Permixtim.

De officio diuersorum Iudicum. 49. ne scil. iubeat matrem familiâs de domo sua in publicũ protrahi.

Vt omnes Iudices tam ciuiles, quàm militares post administrationem depositam 50. dies in ciuitatibus vel certis locis permaneãt. 50. publicè, & ante omnium, quos gubernauerunt, ora vt pateat omnibus facultas libera, eorum furta atque etiam eorum crimina accusãdi.

De officio eius qui vicem alicuius Iudicis vel Præsidis obtinet. 51.

De assessoribus quorumcũque Iudicum, sci. quales sunt ij qui Iudicibus assident ad consilia Iudicibus danda, qui & ideo Consiliarij vocantur, *domesticis*, i. vxore liberis & familia, *& Cancellariis Iudicum.* i. scribis actuariis, notariis apparitoribus, lictoribus, satellitibus 52.

De annonis, Annona ab anno dicta annuã veluti alimoniam significans: hîc pro rebus quæ ad victum & vestimentum pertinẽt sumitur, *& capitatione*, quidam legunt capitũ. Est autem capitatio tributum quod pro numero iugerum seu capitũ, quæ erãt in iugo imponebatur: hîc pro pabulis iumentorum & mulorum sumitur, *administrantium vel assessorum, aliorúmve publicas solicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas consequuntur dignitates.* 53.

De contractibus Iudicum vel eorum qui sunt circa eos & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent sine sanctione pragmatica. 54. i. nisi specialiter hoc concessum sit à Principe.

De modo mulctarum, Mulcta est pecuniaria coercitio arbitrio Iudicis irrogata, *quæ à Iudicibus infliguntur.* 55.

In Municipiis & singulis ciuitatibus.

De defensoribus ciuitatum. 56. hi similem potestatem Tribunis pleb. consequebantur, erántque vulgi defensores & tenuiorum, & ex plebe sumebantur.

De Magistratibus municipalibus. 57. qui vt plurimum erant Duumuiri, & ex ordine Decurionum sumebantur. Horum quàm defensorum, maior erat potestas.

De officio Iuridici Alexandriæ. 58. Ciuitatis.

LIB. II.

De ivre privato, quod in Iudiciis redditur. Iudiciorum alia sunt Ciuilia, alia criminalia. De ciuilibus ab initio huius libri ad finem octaui dicetur: nono de criminalibus. Iudicia cõstant tribus personis, Iudice, Actore & Reo: de Iudicibus multa superiori libro diximus, quędam de iisdem dicturi initio libri. 3. de actoris & rei partibus antequam in ipso iudicij actu versentur, videamus.

Actor.

De edendo. 1. i. de actione reo edenda & demonstranda qua aduersus eum in lite, furura vti volumus. Hic titulus De edendo præponitur titulo de in Ius vocando contra quàm in Pandectis, & melius: neque enim Iudicia incipere debent à violenta in ius vocatione, sed potiùs ab editione actionis.

De in ius vocando. 2. i. aduersario, ad Iudicem apud quem persecuturi sumus ius nostrum, hodie fieri consueuit per apparitores.

Reus & Actor.

De pactis. 3.

De transactionibus. 4.

De errore calculi. 5. i. rationum. Error sæpe committitur in pactis & transactionibus.

De postulando. 6.

De aduocatis diuersorum Iudiciorum. 7. Huic tit. subiungitur in quibusdam exemplaribus Titulus de aduocatis diuersorum Iudicum.

De aduocatis fisci. 8.

De errore aduocatorum vel libellos seu preces concipientium. 9. i. libellionum & referendariorum.

Vt quæ desunt aduocatis partium, quod fit scil. quoties ab aduocatis aliquid de iure eius, cuius causam agit, omissum est, *Iudex suppleat.* 10. atque ita iudicet.

De causis ex quibus infamia alicui irrogatur. 11. Infames non possunt esse aduocati.

De procuratoribus. 12. qui cum mandato aliena negotia gerunt & alienis caulis ij incumbunt solicitudine & operis vt aduocati voce & consilio nec infamia impedit vt quis sit procurator, quod non idem est in aduocatis.

De calumniatoribus, etsi infra titulo 58. seu vltimo huius libri dicetur de Iureiurando propter calumniam dando: tamen hi tituli sequentes videntur impedire ne reus ab aduersario alterius patrocinium emendicante & ementiente veluti calumnia quadam in ius rapiatur.

Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare vel actiones in se transferre. 13.

De iis qui potentiorum nomine titulos prædiis, quorum nomine conueniuntur, affigunt vel eorum nomina in litem prætendunt. 14.

Vt nemo priuatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia. i. principis vel eius liberorum *suspendat.* 15. alias prædium vendicabitur fisco.

Vt nemini liceat sine Iudicis authoritate. i. propria authoritate *signa rebus imponere quas alius tenet.* 16. i. possidet.

Ne fiscus aut Respubl. procurationem alicui patrocinij causa in lite præstet. 17.

De negotiis aliorum gestis. 18. in Iudicio vel extra ab eo qui mãdatum non habuit.

De restitutionibus in integrum. Restituere est retro statuere seu reuocare in pristinum statum id quod cum aliqua læsione gestum fuit. Restitutio enim reponit & reuocat omnia quæ abstulit læsio. Hæ nobis competunt

Iure actionis, etsi nonnulli has duas sequentes restitutionis causas referunt ad officium Iudicis.

De ijs quæ vi metúsve causa, metus est instãtis vel futuri periculi causa trepidatio, *gesta sunt.* 19.

De dolo malo. 20. Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita.

Officio Iudicis.

Minorum hæc ætas multis captionibus supposita est, cuius ideo Prætor tutelam suscepit.

In genere, *De in integrum restitutione minorum* 25. *annis.* 21.

An quæ restitutio minori data est, aliis personis prodesse possit.

De filio familias minore. 22. Restitutio minori concessa non prodest eius patri.

De fideiussoribus minorum. 23. Restitutio minori concessa non prodest eius fideiussori.

Si tutor vel curator interuenerit 24. & sit circunscriptus restitutionem in integrum petet, vt res illi restituatur, eique dabitur personalis contra tutorem actio.

Si in communi eadémque causa in integrum restitutio postuletur. 25. Restitutio minori concessa non prodest maiori cum pupillo rem, ob quam minor petiit restitutionem, communem habenti.

Causæ ex quibus restitutio datur, & personæ aduersus quas minor restitutionem petit.

Si aduersus rem iudicatam. 26.

Si aduersus venditionem. 27.

Si aduersus venditionem pignorum. 28.

Si aduersus donationem. 29.

Si aduersus libertatem. 30.

Si aduersus transactionem vel diuisionem in integrum minor restitui velit. 31.

Si aduersus solutionem à debitore, alij legunt à tutore, *vel à se factam.*

Si aduersus dotem restitutio postuletur. 33. vt quia dotem vltra vires sui patrimonij dedit.

Si aduersus delictum suum. 34.

Si aduersus vsucapionem i. eum qui rem eius vsucepit restitutio postuletur. 35.

Si aduersus fiscum. 36. siue à fisco emerit vel ei vendiderit.

Si aduersus creditorem 37.

Si minor, petierit scilicet, *vt ab hæreditate se abstineat.* i. illi liceat ab ea hæreditate abstinere, cui se temerè permiscuit. 38.

Si (minor petat) *vt omissa hæreditate, vel bonorum possessione vel quid aliud acquirat* 39.

In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est. 40.

Qui minores, & *aduersus quos in integrum restitui non possunt.* 41. quando scilicet diligentes patres familiãs fuerunt & in actibus publicis se industrios docuerunt. Item contra parentes vel patronos.

Si maior se maiorem dixerit vel maior probatus fuerit. 42.

Si sæpius. i. si postquam repulsam passi sunt à petita in integrum restitutione *in integrum restitutio*, à minoribus scil. *postuletur.* 43. non admittentur, nisi ex noua causa restitutionem petant.

De iis qui veniam ætatis impetrauerunt. 44.

Si maior factus ratum habuerit. 45.

Vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit 46.

De reputationibus quæ fiunt in Iudicio in integrum restitutionis. 47. Restitutio minori concessa omnia in pristinum statum restituit: sed si minor fundum à se venditum cum fructibus sibi restitui petat, non audietur, nisi pretium quod accepit & vsuras pretij item sumptus meliorati fundi restituat, quorum omnium reputatio fieri debet in Iudicio restitutionis in integrum. reputationibus igitur minuitur iudicium in integrum restitutionis.

Etiam per procuratorem causam restitutionis in integrum agi posse. 48.

In integrum restitutione postulata, à minore scil. *ne quid noui fiat.* 49. atque ita omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur sicut & aliàs pendente lite, quo tempore sententia non poterit executioni mandari.

De restitutionibus militum & eorum qui reip. causa absunt. 50. quibus dari solet restitutio ob damni qualitatem dimidiam iusti pretij excedentis.

De vxoribus militum & eorum qui reip. causa absunt. 51. quorum vxoribus si eos securæ fuerint, & per absentiam damnum passæ sint, solet dari restitutio in integrum.

De temporibus in integrum restitutionis tam mirè quàm aliarum personarum quàm eorum hæredum quæ restitui possunt. 52.

Quibus ex causis maiores in integrum restituantur. 53. si legatione fungebantur, si in carcere aut captiuitate erant tunc cùm damnum passi sunt, vel si læsi sunt.

De alienatione Iudicij mutandi causa facta. 54. Talis alienatio debet rescindi.

De receptis arbitris. 55. i. compromissariis. Officium boni Iudicis est facere, vt lites arbitrio potius definiantur quàm in Iudicium veniatur. Titulus Digestorum plenior est in quo legimus de receptis arbitris, & vt sententiam dicant.

De satisdando. 56. Procurator cauere tenetur de causa defendenda & Iudicato soluendo.

Actor.

De formulis & impetrationibus actionum sublatis. 57. olim impetrari solitæ erant antequam Iudex adiretur. Potuisset hic titulus commodissimè subiungi titulo de edendo supra.

De Iureiurando propter calumniam dando. 58. ab actore scil. se non animo calumniandi litem intendere.

LIB. III.

Iudex & de ipsis Iudiciis.

Iudex.

De iudiciis, i. seu de officio Iudicum, quod versatur in ipso Iudicij actu.

De sportulis, hoc est salariis personarum forensium, & sumptibus in diuersis iudiciis faciendis, & de executoribus litium. 2.

De pedaneis Iudicibus. 3. sic dicti quòd non pro tribunali (quod eminens erat) sed de plano stantes aut sedentes iudicarent, quibus singulæ causæ à magistratibus cognoscendæ delegabantur. Alij dictos ita putant, quòd ad pedes tribunalis in minoribus subselliis ius dicerent.

Qui pro sua Iurisdictione Iudices dare, hi scilicet qui Iurisdictionem ordinariam habent, *dariue possunt.* 4.

Ne quis in sua causa iudicet, vel Ius dicat. 5. definiendo vel arbitrando, vel interloquendo.

Actor & Reus.

Qui legitimam personam standi in Iudiciis habeant vel non. 6. Pupillus & serui nisi in quibusdam casibus, &c.

Actor.

Vt nemo inuitus agere, in ciuilibus scil. *vel acusare*, in criminalibus, *cogatur.* 7. hac tamen exceptione vti non poterit actor negans se compelli ad litem persequendam.

Reus & quædam eius exceptiones, quas reo solet opponere.

De ordine iudiciorum. 8. Is ordo in Iudiciis obseruatur vt de causis præiudicialibus, maioribus, criminalibus, directis, possessionum priùs cognoscatur: cumulari tamen

men, interdum possunt.

De litis contestatione. 9. quæ est principium & exordium Iudiciorum formale, sitque litis contestatio non simplici causæ narratione, citatione, aut postulatione: sed rei negatione & contradictione.

De plus petitionibus. 10. oppositis Actori: pluris enim petitio vt inepta olim iactura causæ constabat.

De dilationibus 11. à Iudice datis, quæ sæpissimè à Reo petuntur, vt vel instrumenta suásque rationes proferat, personas etiam exhibeat.

De feriis. 12. quæ sunt dilationes à lege datæ.

De Iurisdictione omnium Iudicum & de foro competenti. 13. Iudicis incompetentis Iurisdictionem reus inuitus non cogitur subire. Causæ quæ forum cõpetens efficiunt, sunt Lex, consuetudo, partium conuentio, Iudicis præuentio, negligentia & iustitiæ denegatio, origo propria vel paterna, domicilium, priuilegium, contractus.

Quando Imperator inter pupillos, vel viduas, vel miserabiles personas cognoscat & ne exhibeantur. 14. i. auocentur à suo foro, suáque prouincia, etsi tales personæ possint extra suum forum aduersarios extrahere.

Vbi de criminibus agi oporteat. 15. ibi scil. vbi vel crimen est commissum, vel causa inchoata, vel vbi deprehenditur reus habere domicilium.

Vbi de possessione agi oporteat 16. Vbi ea sita est: is qui vi deiectus est agere potest.

Vbi fideicommissum peti oporteat. 17. Vbi relicta est hæreditas, ibi fideicommissum peti debet.

Vbi conueniatur qui certo loco dare promisit 18.

Vbi in rem actio exerceri debeat. 19.

Vbi de hæreditate agitur vel vbi hæredes scripti in possessionem mitti postulare debeant. 20. Vbi res sunt sitæ, Iudicium ibi possessorium agitatur: petitórium in loco domicilij hæredis & eius qui conuenitur.

Vbi de ratiociniis .i. de administrationibus & negotiis *tam publicis quàm priuatis agi oporteat.* 21. eo loco scil. quo administratio gesta est cùm propter instructionem sufficientem tum notitiam testimoniorum.

Vbi de causa status agi debeat. 22.

Vbi quis de curiali, Curiales sunt qui alicui curiæ obnoxij. Curia autem in municipiis erat locus in quo concilium publicum habebatur, *vel cohortali.* Cohortales erant officia & apparitores Præsidis in prouinciis *aliáve conditione conueniatur* 23.

Vbi senatores vel clarissimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur. 24.

In quibus causis militantes, de quacunque militia hoc intelligit, *fori præscriptione* qua forum vt incompetens declinant *vti non possunt.* 25.

Vbi causæ fiscales vel diuinæ domus. i. Principis, *hominúmque eius agantur.* 26.

Quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare, quoties vis illi infertur, *vel publicam deuotionem* 27. vindicare. Publicam deuotionem vocat priuatam cuiusque defensionem, quam permitti ex Iure publico, & omnium votis interest.

De Actionibus. Omnium actionũ quibus inter aliquos Iudices, arbitróve de quacunque re quæritur hæc summa seu præcipua genera esse possunt, sunt enim vel

Vindicationes quibus agimus aduersus eum qui nullo iure nobis obligatus est ex contractu, delicto vel quasi, mouemus tamen ei de aliqua re controuersiam, & in rem actiones vocantur, nobisque competunt quoties dominium rei nobis asserimus, cuius possessio apud alium sit, súnque vel

Vniuersales, seu vniuersitatis.

De inofficioso testamento 28. Officium dicitur ab efficiendo vel officiendo quòd vnusquisque efficere debeat, vel vt nulli officiat, seruata honestate loci temporis & personarum. Huic contrarium est inofficiosum censeri. quoties igitur parentes liberos suos legitimos sine causa (possunt enim id facere deliniti nouercalibus odiis vel furore) exhæredant aut prætereunt, permittitur liberis de inofficioso testamento agere, quòd iudicium accusatio non vocatur sed querela quæ vox modestiæ causa vsurpata est.

De inofficiosis donationibus. 29. factis à parentibus inter viuos in fraudem liberorum, ideóque si liberi nascuntur donatoribus postquam suas facultates exhauserunt donationibus, tum non penitus rescindit donatio, sed pars bonorum donatorum, & quantum sufficit ad legitimam portionem hæreditatis consequendam, repetitur. Quidam tamen volunt penitus reuocari, cùm non sit verisimile patrem alienas successiones suorum necessitatibus anteponere.

De inofficiosis dotibus. 30. à matre scil. marito datis quæ dodrantem excedunt, aut consumunt omnia bona materna, vt liberis postea non sit salua legitima.

De petitione hæreditatis. 31. hæc actio introducta est, quia defunctorum bona plerunque iniustè occupantur, vel ab his qui causam testamenti vel ab intestato prætendunt, vel à prædonibus, éstque in rem & personam. Competit ei qui hæres est ex testamento iure facto, vel ab intestato, & hæredi hæredis aduersus eum qui pro hærede vel possessore possidet rem hæreditariam etiam minimam: pro hærede possidet qui putat se hæredem vel iustum possessorem, aduersus denique quemcumque possidentem competit.

Rei singularis, súnque res vel

Corporales, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum & aliæ innumerabiles.

De rei vindicatione. 32. si rem corporalem possideas quam meam esse affirmem, & te eius dominum asseras, in rem actio erit.

Incorporales sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt ea quæ in Iure consistunt sicut vsusfructus, vsus, hæreditatis & iura prædiorum vrbanorum & rusticorum quæ seruitutes vocantur, súntque vel

Personarum.

De vsufructu & habitatione, & ministerio seruorum. 33. vsusfructus est ius alienis rebus vtendi fruendi salua rerum substantia. minus iuris est in vsu quàm in vsufructu, differtque à proprietate.

Prædiorum, quæ & reales quia rei à re debentur.

De seruitutibus, & aqua. 34. ἀφορισμῶν hic notat Cuiacius. Cæterum seruitutes prædiorum aliæ sunt vrbanæ vel rusticæ. Prædia vrbana sunt ædificia ad vsum familiarem extructa siue in vrbe siue in agro: neque enim locus sed vsus facit vrbanum prædium. Harum seruitutum aliæ affirmatiuæ quæ potestatem faciendi conferunt, vt tigni in vicini parietem immittendi: aliæ negatiuæ quibus nobis competit Ius prohibendi, ne talia in prædiis vrbanis fiant vtputa, ne vicinus ædes suas altius tollat. Rustica verò prædia non sunt ædificium, sed fundus rebus rusticis, & agriculturæ idoneus, quorum seruitutes sunt iter, actus, via, aquæductus, &c.

Noxales, de quibus titulus infrà legitur.

De lege Aquilia. 35. hæc lex persequitur damnum datum in uriâ. i. culpâ per quam alterum etiam lædi iniquum est, etiam si dolus abfuit: huius primum caput pertinebat ad damnum iniuriâ datum alterius seruo, quadrupedi, vel pecudi: tertium caput ad damnum cęteris rebus datum. Cęterùm impropriè Aquilia lex dicitur, est enim Plebiscitum.

Actiones mixtę in rem & personam.

Familiæ erciscundæ. 36. Familię vocabulum significat res quę ad substantiam patrimonij pertinent. Erciscere ab ἐρείζω. i. diuido deducitur, ideóque hæc actio competit hęredibus pro diuidenda hæreditate, seu potius cohęredi aduersus cohęredes, éstque rei persecutoria in simplum, vniuersalis, bonæ fidei, nascitúrque post aditam hęreditatem, quo tempore incipit esse communio.

Communi diuidundo. 37. Hęc actio inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, vt scil. illud diuidatur, ne aliàs quis inuitus in communione detineatur: differt à Iudicio familię erciscundę, quòd hęredibus tantùm, & ex sola causa successionis & ad res vniuersales petendas competit. Communi diuidundo verò Iudicio res singulę & ex quacunque alia causa, quàm successionis, vt puta ex contractibus petuntur.

Communia vtriusque Iudicij tam familiæ erciscundæ quàm communi diuidundo 38. In his duobus iudiciis & sequenti Iudici permittitur rem vni litigatorum ex bono & æquo adiudicare, & si vnius pars pręgrauata videbitur, eum certa pecunia alteri condemnare.

Finium regundorum. 39. quo Iudicio inter eos agitur qui confines agros habent. Regere hîc discernere & constituere significat, vocatúrque limitis & finalis actio, quę id pręstat vt quisque suis limitibus fruatur, nec alienos attingat. Proderit igitur ad imponendos & retinendos cum vicino fines, vel à venditore consequendos.

De consortibus eiusdem litis. 40. huic tit. respondet titulus Di-

gestorum. De quibus rebus ad eundem Iudicem eatur.

De noxalibus actionibus. 41. Noxa est ipsum serui caput quod nocuit, Noxia est ipsum maleficium. Ex maleficiis seruorum noxales actiones propositæ, quibus domino condemnato permittitur aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere: iniquum enim esset nequitiam seruorum vltra ipsorum corpora dominis damnosam esse. Quare noxæ deditione liberabitur.

Præparatoriæ.

Ad exhibendum 42. prodita est hæc actio explorandi causa ân de re quam petimus nobis exhiberi, agere expediat, cùm definire non possumus an eadem sic necne quam petere volumus, nisi eius videndæ & contrectandæ potestas nobis fiat: & ne rei transformandæ facultas reo permittatur. Est autem Exhibere rei spectandæ copiam facere, & ad res mobiles propriè pertinet. Hac petere possumus nobis exhiberi liberos, seruos, tabulas, testamenta, & instrumenta.

Edictum de rebus sacris.

De religiosis & sumptibus funerum. 43.

De aleæ lusis. 44. Quidam legunt de aleatoribus, alij vtrunque: alij item coniungunt hunc titulum superiori, alij præponunt, alij subiungunt. Hic tit. videtur esse positus loco nõ suo. Vsus autẽ aleæ vltra vnum solidum, hîc non permittitur. Pecuniæ ludo amissæ præscriptio 50. annorum est. Blasphemiæ & periuria circa aleam commissa vetantur.

LIB. IIII.

Condictiones, & earum species, quibus agimus cum eo qui nobis obligatus est, vel ex contractu vel maleficio, quibus etiam intendimus aduersarium nobis debere aut facere oportere. Cõpetunt igitur nobis condictiones vel ex

1 Contractibus (de quasi contractibus à Titulo 28. sequentis libri dicetur) ex quibus variæ obligationes contrahuntur. Horum contractuum vis & natura hoc libro & sequenti ad finem vsque Tituli 27. explicabitur.

In specie: Constant autem

Re- Re contrahi dicuntur, non quòd consensu destituantur, sed quòd re præcipuè contrahantur, adeò vt absque re ne stipulatione quidem, non consistat huiusmodi obligatio, neque ad plus obligari possimus, quàm reipsa acceperimus.

De rebus creditis, hæc pars reiicitur in titulum sequentem, *& de Iureiurando.* 1. de quo hîc agitur. Cæterùm siquis postulante aduersario iurauerit sibi deberi pecuniam quam petit, neque ei soluatur, iustissimè ei accommodabitur talis in factum actio ad similitudinem Iudicati, vel vtilis, neque prætextu periurij causa iuramento rescisa retractabitur, nisi specialiter hac lege excipiatur. Iurisiurandi autem delatio ob inopiam probationum inuenta est.

Si certum petatur. 2. Certum hîc vocamus res quæ pondere, numero, mẽsuráve constant: his enim rebus constat mutui datio: Mutuúmque dictum est quòd ex meo tuum fiat, quod ita datur vt fiat accipientis, vtque nobis non eædem res sed aliæ ac eiusdem naturæ & qualitatis reddantur.

De suffragio. 3. Suffragium hîc significat mercedem ob intercessionem & patrocinium alicui præstitum promissam, ad quam consequendam ei competit actio, cui promissa erit aduersus eum qui promisit.

De prohibita sequestratione pecuniæ. 4. quam fieri actor à debitore petit eo instanti quo primùm incipit ex aliquo contractu ab eo pecuniam postulare: est enim iniquum eam prius peti, quàm debitor sit conuictus. Sequestratio autem est rei litigiosæ depositum, sic dicta quòd occurrenti aut quasi sequenti eos qui contendunt committitur, vel quòd eius, qui electus est, fidem sequantur litigantes.

De condictione indebiti. 5. is qui non debitum accepit ab eo qui ei per errorem soluit re obligatur ac si mutuum accepisset, & in eũ condictitia actio datur.

De condictione ob causam datorum. 6. ob causam damus quæ præterita est, vel quæ speratur. solet eo casu causa non secuta id quod datum est, condici.

De condictione ob turpem causam. 7.

De condictione furtiua. 8. qua tenentur fures ex rebus à se subreptis.

De condictione ex lege & sine causa vel iniusta causa. 9. sine causa apud te est meum chirographũ si nihil credideris, vel si quod credidisti tibi persoluero. Ex iniusta causa apud te est quod ex pacto iniusto (vt puta ob dolum & vim) tenes.

Hîc dicendum erat de commodato, deposito & pignore, contractibus qui re perficiũtur: horum tamen tractatio reiecta est in tit. 23. 24. & 34. huius lib.

In genere.

De obligationibus & actionibus. 10.

Obiecta obligationum, eeu an ex alterius contractu & facto quis obligetur.

Vt actiones & ab hæredibus & contra hæredes incipiant. 11.

Qui non tenentur.

Ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore vel mater pro filio conueniatur. 12.

Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono conueniatur. 13.

An seruus ex facto suo post manumissionem teneatur. 14. hoc ideò quæsitum est, quia seruus post manumissionẽ videtur esse alius ab eo qui fuit ante libertatem consecutam, quem ideo teneri non placet nisi connexum id sit cum eo quod post libertatem gessit.

Qui tenentur.

Quando fiscus vel priuatus debitoris sui debitores conuenire possit vel debeat. 15. tunc scil. cùm debitor condemnatus soluendo non est.

De actionibus hæreditariis. 16. quibus hæres tenetur pro defuncto, vt successor iuris vniuersi: vnde vt vtilitates omnes hæreditatis, ita & eiusdem onera & incommoda sustinere debet.

Ex delictis defunctorum in quantum hæredes conueniantur. 17. quando lis est contestata vel defunctus iudicatus.

De constituta pecunia. 18. de constituta pecunia cùm omnibus agitur quicunque vel pro se vel pro alio se soluturos constituerint ac promiserint, nulla stipulatione interposita: nam alioqui si stipulanti promiserint iure ciuili tenentur.

Adminicula quibus constat de obligatione.

De probationibus 19.

De testibus 20.

De fide instrumentorum & amissione eorum, qui allegat perditum instrumentum tenetur probare, *& de apochis*, Apocha est quæ debitori datur à creditore, quam vulgo Quitantiam vocamus, éstque cautio in qua creditor se pecuniam à debitore accepisse testatur, *& antapochis, faciendis*, Antaphoca datur à debitore creditori, qua fatetur debitor se pecuniam debitori persoluisse, ídque introductum ne debitor præscriptionem pensionum annuarum quas debet possit obiicere: potest enim, si id faciat, vel suo scripto suáque antapocha conuinci, *& de iis quæ sine scriptura fieri possunt.* 21. In multis enim rebus scriptura tanquam substantialis requiritur in aliis non æquè. Ex contractu autem in scriptis nisi completa scriptura munda scilicet sine vitio & forma consueta obseruata sit, non dabitur actio.

Plus valere quod agitur, i. veritatem rei gestæ, *quàm quod simulatè concipitur.* 22. quàm scriptura quæ simulata esse potest, ideóque qui subscripsit instrumento quod non relegit existimans eo contineri vel quod mãdauit, vel quod illi persuasum fuit, sibi nullum affert præiudicium.

Nunc redit ad duas alias species obligationũ quæ re perficiuntur, quas à tit. 9. huius li. in hunc locum distulerat.

De commodato. 23. Is cui res aliqua datur vtenda. i. commodatur, re obligatur, tenetúrque commodati actione. In commodato res non ita datur vt fiat accipien-

pientis, eámque ob causam is qui rem accipit, tenetur de ipsa restituenda, nisi si aut vi maiore, aut casu & sine sua culpa res illi ablata sit.

De pignoratitia actione. 24. Creditor qui pignus accepit, re obligatur, tenetúrque actione pignoratitia ad rem (quam in pignus accepit) debitori restituendam.

Hîc quoque dicendum erat de deposito, cuius titulus in 34. huius lib. reiectus est.

Obiecta. Redit ad intermissum tractatum obligationum ex aliorum facto & contractibus descendentium, an scil. qui ex alterius contractu vel facto obligetur vel obligari possit.

De institoria & exercitoria actione. 25. hæ duæ actiones dantur in solidum. Institor is est qui negotiationibus & tabernæ præponitur. Taberna autem à tabulis dicitur, estque locus in quo res ad vsum hominũ necessariæ diuenduntur, vt ab officio Officina in qua artifices operas suas exercent. Inde dictus est Institor quòd huiusmodi negotiis instet & in iis gerendis versetur. Exercitor autem is appellatur ad quem quæstus: obuentiones & reditus nauis pertinent. Magister verò nauis, cui totius nauis anchora ab exercitore mandata est, cum huiusmodi magistris propter necessitatem nauigandi, & Institoribus propter vsum commerciorum sæpe contrahimus ignari cuius sint conditionis, eóque nomine si quid cum institore vel nauis magistro aut eo qui à magistro præpositus est, contraxerimus, datur nobis actio aduersus eum qui Institorem tabernæ, Exercitorem verò qui naui magistrum præposuit.

Quod si aliquid scil. *cum eo qui in aliena* vtpote patris vel domini *est potestate, negotium gestum esse dicetur*, actiones quæ sequuntur nobis competunt, *vel de peculio*, Peculium erat priscis temporibus particula quædam gregis: nam à pecore peculium dicitur, quam parentes suis filiis, domini sui seruis industriæ exercendæ causa concedebant: nunc verò summa quædam est pecuniæ eadem de causa concessa & à paternis dominicísque rationibus seiuncta, *siue quod iussu, aut de in rem verso.* 26. Itaque si cum filio aut seruo sine voluntate patris aut domini eorum aliquod negotium gessero, nihílque in res parentis aut eorum domini necessarias versum erit ceu impensum, mihi dabitur in patrem vel dominum, de peculio actio, vt scilicet ab eo debitum eatenus consequar, quatenus peculium patitur: neuter verò mihi tenebitur vltra vires peculij. Si verò aliquid in rem eorum versum erit, id totum præstare tenebuntur actione de in rem verso, sed & in solidum aduersus eos actio dabitur, si eorum iussu cum eorum vel filio vel seruo contraxero: quoties enim ita contraho fidem eorum secutus videor, & directò ab illis condici poterit, ac si principaliter cum illis negotium gestum esset.

An vt per alios obligari, ita per eosdem, alios obligare possumus.

Per quas personas nobis acquiratur. 27. per nosmetipsos, per eos quos in potestate habemus, seruos vsufructuarios & bona fide à nobis possessos, &c.

Contraria seu exceptiones quædam aduersus obligationes & conditiones, quæ ipsas obligationes aut eneruant aut minuunt.

Ad SC. Macedonianum. 28. quo quis prohibetur mutuum dare filiofam. ne filii onerati ære alieno, & creditis pecuniis, quas sæpissimè in luxurias consumunt, vitæ parentum insidientur, ideóque huius SC. exceptione cum ipse filius tum eius parens aduersus creditorem mutuum condicentem, defenduntur.

Ad SC. Velleianum. 29. cuius exceptione vtitur mulier (& eius hæres) aduersus creditorem cui se pro alio ream fecit. Mulieris tamen hæres in quibusdam casibus Velleiano non iuuatur.

De non numerata pecunia. 30. sæpissimè contingit cautiones scriptas creditoribus spe futuræ numerationis (quæ tamen postea facta non sit) dari: ideóque quoties id euenit, vel obligationem condicere vel exceptionem opponere de non numerata pecunia possumus.

De compensationibus. 31. quæ oppositæ plærunque efficiunt, vt minus quisque consequatur quàm ei debeatur, nostráque potius interest debitum cõpensari quàm solui, éstque compensatio debiti & crediti inter se contributio. Habet locum in iis tantùm obligationibus, quæ constant pondere, numero & mensura.

Accessiones ceu incrementa obligationum.

De vsuris. 32. terrenis. In solo mutuo consistunt vsuræ.

De nautico fœnore. 33. quod maius est terreno, propter incertum maris periculum, quod in se recipit traiectitiæ pecuniæ creditor.

Hîc redit ad aliam speciem contractus, qui re perficitur, de quo post nonum huius lib. Titulum commodiùs dixisset.

Depositi vel contrà. 34. is apud quem res deposita est, re obligatur, tenetúrque actione depositi ad rem, quam accepit, restituendam.

Consensu. Contractus quos diximus re constare, non subsistunt nisi res interueniat. His autem, de quibus dicturi sumus, solus sufficit consensus, ex quo etiam nascuntur: etsi autem consensus sit de natura omnium contractuum, per se tamen ac solus nusquam sine alio adminiculo parit & obligationem & actionem, quàm in iis quæ sequuntur. In quibus neque scriptura neque præsentia opus est, ac ne dari quicquam necesse est, vt substantiam capiat obligatio.

Mandati vel contrà. 35.

Si seruus extero se emi mandauerit. 36.

Pro socio 37.

De contrahenda emptione & venditione. 38.

Quæ res vendi possunt, & non.

De hæreditate & actione vendita 39.

Quæ res venire non possunt, & qui vendere vel mercari vetantur. 40.

Quæ res exportari non debeant. 41. ad Barbaros scil.

De Eunuchis. 42. quos vendere & emere non licet.

De patribus qui filios suos distraxerunt. 43. ob nimiã paupertatem aliâs vendi non possunt.

Contraria, & pugnantia.

De rescindenda venditione. 44. altero contrahentium inuito, cuius rescisionis multæ causæ hîc enumerantur.

Quando liceat ab emptione discedere. 45. ex mutua scilicet contrahentium voluntate.

Si propter publicas pensitationes, id est tributa, *venditio*, bonorum debitoris, *fuerit celebrata:* 46. & minus iusto pretio, in debitorum fraudem consecutum fuerit, rescinditur venditio, oblata fisco pensione debita.

Sine sensu vel reliquis fundum vendi non posse. 47. aliâs si quis fundum censum debentem emat aut vendat ea lege ne onus census emptorem sequatur, rescisa venditione emptor pretium, venditor fundum amittet, vtroque in ærarium redacto, vt ex Cod. Theod. notauit doctiss. Cuiac.

De periculo & commodo rei venditæ. 48. ad quem pertineat? scil.

De actionibus empti & venditi. 49.

Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine vel aliena pecunia emerit 50. Cui scilicet & acquiretur & actio dabitur?

De rebus alienandis non alienandis & de prohibita rerum alienatione, vel hypotheca. 51.

De communium rerum alienatione. 52.

Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienatione. 53.

De pactis inter emptorem & venditorem compositis 54. quæ solent legem dare emptionibus. sũntque vel

Expressa.

Si seruus exportandus veneat. 53. i. vt aliquò ex ea vrbe vel prouincia vbi veniit, moueatur.

Si mancipium ita venierit ne prostitua-

tur. 56. & prostitutum sit contra venditoris voluntatem, venditor mancipium reuocare potest: si verò consenserit, mancipium libertatem consequetur.

Si mancipium ita fuerit alienatum vt manumittatur vel contrà. 57.

Tacita.

De ædilitiis actionibus. 58. Duæ sunt actiones quæ emptori competunt, Redhibitoria, qua agit emptor ad rescindendam venditionem ob morbum vitiúmve latens rei venditæ, quod nesciebat: vel quia res empta alia tradita est quàm dicta & promissa cùm venire, & quantò minoris, qua emptor petit vt venditor ei soluat id quantò minoris res valuerit cùm eam emeret.

De monopoliis & conuentu negotiatorum illicito vel artificum ergolaborúmque, hi sunt qui opus conducunt faciendum, *nec non balneatorum illicitis pactionibus.* 59.

De nundinis & mercationibus. 60.

De vectigalibus, propter merces soluendis, *& commissis.* 61. i. confiscandis rebus venalitiis, quarum professio apud publicanum facta non erit.

Vectigalia noua institui non posse. 62. ciuitatis decreto sine Principis authoritate.

De commerciis. Commercium est onus mercatorum pro facultate exercendi cõmercij portorium est onus mercium, *& mercatoribus.* 63. alij legunt mercibus ab omnibus soluendis etiam ab iis qui sunt ex domo Imperatoris.

De rerum permutatione & præscriptis verbis. 64. Sic dicta quia datur ex conuentione vti præscripta est.

De locato & conducto. 65.

De iure emphyteutico. 66. quod veluti medium est inter emptionem & locationem, estque contractus, quo domus vel fundus desertus & incultus datur colendus sub annua quadam & certa pensione.

LIB. V.

Nuptiæ, siue matrimonium, & de omnibus conuentionibus inter maritum & vxorem & earum conuentionum accessoriis.

De sponsalibus, & arrhis sponsalitiis, & proxenecticis. 1. i. de modo præmij impositi iis qui nuptias conciliant.

Si rector prouinciæ vel ad eum pertinentes sponsalitias dederint arrhas. 2.

De donationibus ante nuptias, olim ita vocabantur, *vel propter nuptias*, quæ hodie ita dictæ sunt, *& sponsalitiis* muneribus scil. quæ à sponso sponsæ vel contrà dabantur. 3.

De nuptiis. 4.

De incestis & inutilibus nuptiis. 5.

De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem ceu curatorem filiósque eorum 6.

Si quacunque præditus potestate vel ad eum pertinentes ad suppositarum suæ iurisdictioni aspirare tentauerint nuptias. 7. puniuntur pœnis hoc tit. comprehensis.

Si nuptiæ ex rescripto Principis petantur. 8. ab iis qui aliâs nec parentum consensum nec puellæ habent bonorum amissione & pœna deportationis punientur.

De secundis nuptiis 9. ad quas si mulier intra annum luctus conuolat, fit infamis.

Si secundo nupserit mulier, cui maritus vsumfructum reliquit. 10. vsumfructum amittet quem liberis restituere cogetur, & in rebus illi donatis ante nuptias solum vsumfructum consequetur.

De dotis promissione & nuda pollicitatione. 11.

De iure, i. obligatione, natura, causa, conditione *dotium*, 12. quod competit marito ad ipsam dotem condicendam, retinendam, fruendam.

De rei vxoriæ actione, ita apud veteres vocabatur, *in ex stipulatu actionem*, qua sola hodie vtitur vxor vel eius pater pro dote repetenda ac recipienda, *transfusa & de natura dotibus præstita.* 13. Doti bona mariti tacitè obligantur, & ad eam restituendam condemnari debet in quantum facere potest, quæ actio in hæredes vxoris transit. Qua de re infra tit. 18. quædam dicturus est.

Exceptiones marito competentes ad dotem integram non reddendam.

De pactis tam super dote quàm super donatione ante nuptias, & paraphernis. 14. Parapherna sunt ea quæ præter dotis causam ab vxore ad maritum deferuntur.

De dote cauta, quàm scil. maritus confessus est sibi numeratam, *non tamen numerata.* 15.

De donationibus inter virum & vxorem, constante matrimonio fieri prohibitis, *& à parentibus in liberos factis*, in potestate scil. *& de ratihabitione* 16. earum donationum in testamento facta, quæ tunc valere incipiunt.

De repudiis & iudicio de moribus sublato. 17. quo scil. olim agebatur de moribus eius qui causam diuortio dedisset.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. 18. suprà inceperat tractare de dotibus quarum explicationem hîc persequitur.

Si dos constante matrimonio soluta. i. refusa vxori à marito sine causa legitima *fuerit.* 19. non valebit refusio, quinimo maritus eam cum fructibus repetet.

Ne fideiussores vel mandatores dotium, qui scil. fideiubeant dotem à marito bene conseruandam, *dentur.* 20.

Rerum amotarum. 21. vxori post diuortium dotem repetenti maritus res quasdam sibi ab eadem fuisse amotas obiicere potest, quo nomine maritus earum compensationem petet.

Ne pro dote mulieri bona mariti addicantur. 22.

De fundo æstimato scil. *dotali* 23. Si fundus in dotem æstimatus marito datus sit, vxor vel fundum vel eius æstimationem eliget.

Diuortio facto apud quem liberi morare vel educari debeant. 24.

De alendis liberis ac parentibus. 25. quoties vnus eorum versatur in summa paupertate, alter verò diues est.

De concubinis. 26.

De naturalibus liberis & maribus eorum, & ex quibus causis iusti fiunt. 27.

Ex quasi contractibus: cùm antea dixerimus de Iure publico & iuris priuati ciuilis præparatoriis & actionibus quæ in iudiciis priuatis exercentur, eas actiones quoque esse vel vindicationes vel condictiones, has item constare ex contractibus: superest altera species quasi contractuum explicanda, ex quibus condictiones etiam competunt. Sed quia interruptus ordo materiarũ in sequentibus apparet (vt Lectori commodius cõsulatur) hac quasi contractuũ specie omissa, in hæc quæ sequũtur capita futuras sequentiũ librorũ quęstiones sic distinximus.

De Tutorum, Curatorum, & Pupillorum mutuis negotiis gestis, cum eorum accessoriis.

Species Tutelæ & Tutorum.

De testamentaria tutela. 28.

De confirmando tutore. 29. Testamento quidem dato, sed non iure vt à patre filio emancipato, aut à matre vel extraneo.

De legitima, quæ scil. à lege defertur, *tutela* 30. agnatorum.

Qui petant, i. petere possunt, *tutores vel curatores.* 31. à Prætore, vel à Præside? Qui cum pupillo vult litigare creditor, libertus patris pupilli, mater eiusdem, & ea negligente cognati.

Vbi petantur tutores vel curatores. 32. Vbi pupillus trahit originem, vel maiorem partem facultatum habet, vel domicilium.

De tutoribus & curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum. 33. i. qui tutores dare & dari huiusmodi personis possunt.

Quid dare, in genere & omnibus pupillis, *tutores vel curatores possunt & qui dari non possunt.* 34.

Quando mulier. i. mater & auia, *tutelæ officio fungi potest.* 35.

In quibus causis tutorem vel curatorem habenti tutor vel curator dari potest. 36. quando scil. vnus bonis pupilli administrandis sufficere non potest, aut cùm tutor reipub. causa abest, vel cùm remotus est vel relegatus.

Administratio tutorum.

De administratione tutorum vel curatorum & de pecuniis pupilli fœneranda vel deponenda 37.

De periculo tutorum vel curatorum. 38. 1. quarum rerum teneantur tutores vel curatores ob tutelam curámque gestam.

Quando

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possint.39.
Si (an) *ex pluribus tutoribus vel curatoribus, vnus agere pro minore vel conueniri possit.* 40. quando alij negligentes sunt vnus agere potest, administratione autem diuisa à testatore vel Iudice, non debet vnus pro rebus ad alterius administrationem pertinentibus conueniri.
Ne tutor vel curator vectigalia conducat. 41. cùm scil. tutelam exercet vel nondum redditis rationibus, ne sc. pluribus in solidum bona sua obliget (quod est species falsi.)
*De tutore vel curatore qui non satisdedit.*42. cùm satisdare teneretur, is remouetur ab administratione aut ad satisdandum compellitur.
De suspectis tutoribus vel curatoribus. 43. qui ab administratione remouentur ex causis hoc tit. enumeratis.
De in litem, vt eam administret, *dando tutore*, olim enim dabatur, *vel curatore* 44. quo iure hodie vtimur.
De eo qui pro tutore negotia gessit. 45. pro tutore negotia gerit, qui tutor non vtiliter nominatus est.
Si mater indemnitatem promisit. 46. i. periculum administrationis in se recepit, eius tutoris quem filiis suis dari postulauit, an & quomodo teneatur.
Si contra matris voluntatem testamentariam *tutor datus sit.*47. filio à tutela remouebitur.
Vt causæ post pubertatem adsit tutor. 48. Vt eam scilicet defendat, nisi si curatori instrumenta reddiderit.
Vbi pupillus educari debeat. 49. apud matrem nisi ad secunda vota transierit, aliàs Iudex arbitrabitur.
De alimentis pupillo præstandis. 50. à tutore etiam si de statu eius pendeat quæstio, quorum taxatio à Iudice peti potest: quæcunque autem tutor iustè eo nomine impenderit, imputabit.

Actiones ex causa tutelæ prouenientes.
Arbitrium tutelæ. 51. i. de actione tutelæ, appellatur autem arbitrium, quod huius iudicij potestas sit in arbitrio iudicantis, qui excussit tutelæ rationibus ex bona fide statuat, quid tutorem pupillo præstare aut restituere oporteat.
De diuidenda, à Iudice vel diuisa à defuncto, *tutela, & pro qua parte quisque tutorum conueniatur.*52.
De in litem, i. in id quod sua interest, *iurando.*53. à pupillo, etiam in hæredem tutoris.
*De hæredibus tutorum vel curatorum.*54. conueniendis à pupillo & quatenus ei teneantur.
Si tutor vel curator non gesserit. 55. tutelam vel curam quomodo, quando & quo nomine conueniatur.
*De vsuris pupillaribus.*56. pupillo à tutore soluendis ex eius pecunia quam in vsus suos conuertit.
De fideiussoribus tutorum vel curatorum 57. à pupillo actione ex stipulatu conueniendis.
*De contrario iudicio tutelæ.*58. quo tutori pupillus tenetur.

Quid liceat pupillo sub tutoribus.
De authoritate, à tutoribus, *præstanda.*56. iis quæ à pupillis aguntur: nam sine tutore non possunt actionem remittere, esse in Iudicio criminali, & ita vendere vt emptor præscriptionem acquirat, vt autem authoritas præstita censeatur, sufficit, vnum ex tutoribus eam præstitisse.
Quando tutores vel curatores esse desinant 60. si is cui quis adiunctus datus est, tutor esse desinat, non voluntate pupilli.
*De actore à tutore seu curatore dando.*61. pro rebus scil. pupilli petendis.
*De excusationibus tutorum & curatorum & temporibus earum.*62.
Si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit. 63.
*Si tutor vel curator reip. causa aberit.*64.
*De excusationibus veteranorum.*65.
*Qui numero liberorum se excusant.*66.
Qui morbo se excusant. 67.
Qui ætate se excusant 68.
Qui numero tutelarum se excusant 69.
*De curatore furiosi vel prodigi.*70. licet maioris.
*De prædijs & alijs rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis.*71.
Quando decreto, Prætoris vel Principis, *opus non est.* 72.
*Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparauerit.*73.
Si maior factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit 74.
De magistratibus, idem dicendum est de æstimatoribus patrimonij pupilli, *conueniendis.* 75. in eos pupilli habent regressum excussis tamen prius tutoribus collegis & fideiussoribus.

LIB. VI.

De iure Dominorum in seruos.
*De seruis fugitiuis & libertis, mancipiisque ciuitatum, artificibus & ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam vel dominicam pertinentibus.*1.
De furtis & seruo corrupto. 2.

De iure patronorum in liberto, de quo latius infra li.7. dicetur.
De operis libertorum 3.
*De bonis libertorum, & iure patronatus.*4.
*Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta sit.*5
*De obsequijs patrono præstandis.*6.
*De libertis & eorum liberis.*7.
*De iure annulorum aureorum & de natalibus restituendis.*8.

De iure successorum in bona defuncti, sùntque successores vel Prætorij, qui bonorum possessores dicuntur.
*Qui admitti ad bonorum possessionem possunt & intra quod tempus.*9.
*Quando non petentiũ partes petentibus accrescant.*10. quoties vnus ex iis quibus bonorum possessio defertur, vel tempore vel repudiando excluditur à bonorum possessione, eius pars aliis accrescit.
Species.
Ex testamento.
De bonorum possessione secundum tabulas. 11. defuncti scil. si modò iustæ ac legitimæ fuerint quæ datur à Prætore omnibus scriptis hæredibus.
*De bonorum possessione cõtra tabulas, quam Prætor liberis pollicetur.*2.
*De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis liberisque eorum datur.*13.
Ab intestato.
*Vnde liberi.*14. dabatur emãcipatis quos Prætor ad patris hæreditatem admitti voluit, cũ illis qui in patria potestate manserant.
Vnde legitimi, id est agnati, *& vnde cognati.*15.
De successorio edicto. 16. Si primi gradus agnati vel cognati omittunt vel repudiant hæreditatem, eam transmittunt ad subsequentes.
*De Carboniano edicto.*17. quo liberis à patre in testando præteritis, & quibus sit cõtrouersia status, bonorum possessio datur contra tabulas, dilata status eorum cõtrouersia in pubertatis tempus.
*Vnde vir & vxor.*18.
*De repudianda bonorum possessione.*19.
De collationibus 20. emancipati & alij liberi à patre in testamento præteriti bonorum possessionis partem à cæteris liberis & suis & scriptis auocant. An autem cogantur conferre ea bona, quę patre communi moriente habuerunt, hic explicatur.

Ex iure ciuili qui hæredes dicuntur, sùntque hæredes vel
Ex testamento.
De testamento militis. 21. qui scil. testatur iure quodam singulari, cùm alij de quibus mox dicetur, iure communi testentur.
*Qui testamenta facere possint vel non.*22.
*De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur.*23.
De hæredibus instituẽdis, & quæ personæ hæredes institui non possint 24.
*De institutionibus & substitutionibus & restitutionibus sub conditione factis.*25.
*De impuberum & aliis substitutionibus.*26.
De necessariis seruis hæredibus instituendis vel substituendis 27.
De liberis præteritis & exhæredatis 28.
De posthumis hæredibus instituendis vel præteritis vel exhæredandis 29.
De iure deliberandi & de adeunda vel acquirẽda hæreditate 30.
De repudianda vel abstinenda hæreditate 31.
*Quemadmodum testamenta inspiciantur, & describantur.*32. i. insinuentur.
De edicto D. *Adriani tollendo*, quo cauebatur,

vt is qui se in possessionem mitti velle tricesimam hæreditatis reipublic. daret, *&c. quemadmodum scriptus hæres*, hodie *in possessionem mittatur*.33.

Ex quibus causis hæreditas alicui aufertur.

Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit.34.

De his quibus vt indignis hæreditates auferuntur, quales sunt ij qui non vindicarunt mortem defuncti, quæ res minoribus tamen non nocet, *& ad SC. Syllanianum*. 35. quo cauetur re eius hæreditas adeatur, qui interfectus est antequam habita sit quæstio de seruis qui sub eodem tecto morantes domino vel periclitanti vel interfecto auxilium non præstiterunt.

De Codicillis.36.

Ex Codicillis. 1

Ex quibus causis hæreditas minuitur.

De legatis.37. legatum est donatio quædam à defuncto facta, ab hærede præstanda.

De verborum, ad legata scil. pertinẽtium, *& rerum significatione*.38.

Si, in succedendo. *omissa sit causa testamenti* 39. ab hęrede, qui ab intestato vel alio modo hæreditatem possidere maluit, vt ita euitaret onera legatorum: aduersus eum dabitur vtilis actio perinde ac si ex testamento adiisset.

De indicta viduitate & lege Iulia Miscella, quæ legata ex ea causa comprobat, *tollenda*.40.

De his quæ pœnæ nomine in testamento vel codicillis relinquuntur 41. quoties Testator hæredem rogat, vt quid cui det, fideicommittere dicitur. Et fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris sed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur.

De fideicommissis.42.

Communia de legatis & fideicommissis & de in rem missione tollenda.43. vt hodie sufficiant legatariis actiones personales, in rem & hypothecariæ.

De falsa causa adiecta legato vel fideicommisso.44.

De his quæ sub modo legati vel fideicommissi relinquuntur.45.

De conditionibus insertis tam legatis quàm fideicommissis & libertatibus.46.

De vsuris & fructibus legatorum ceu fideicommissorum. 47. quibus legata & fideicommissa augeri solent.

Ad SC. Trebellianum, quâ legata vniuersalia minuuntur, *& de* iis quæ legata sunt *incertis personis*. 48.

Ad legem Falcidiam. 49. qua legandi potestas, quæ leg. 12. Tabularum infinita erat, imminuta est, cauetúrque ne plus legare liceat, quàm dodrãtem bonorum, vt siue vnus hæres instituatur siue plures apud eos eásve pars quarta remaneat, & quidem hac lege particularia legata minuuntur.

De caducis tollendis. 50. Caduca legata sunt quæ iure quidem relicta sunt & quidem personæ capaci, sed quæ post mortem testatoris ab eo ob aliquam causam in fiscum cadunt, vnde caduca dicta sunt, quòd fisco cedant.

De iis liberis in infinitum scil. *qui ante apertas tabulas* patris testatoris defuncti *hæreditatẽ transmittunt*.51. in posterum, ita vt talis hæreditas non sit caduca: nam lex Pappia volebat diem legatorum cedere, non à morte testatoris, sed ab apertis tabulis. Ideóque lege Pappia qui inter mortem testatoris & apertas tabulas decedebat eius legatum caducum fiebat.

Quando dies legati vel fideicommissi cedit 52.

Vt in possessionem legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat.53.

Ab intestato. Intestatus decedit qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat ruptum, irritúmve factum est: aut si ex eo nemo hæres extiterit. Ex qua causa iure ciuili hæreditates deferuntur iis personis quæ sequuntur.

De suis & legitimis liberis. Sui hæredes existimantur qui in potestate morientis & viuẽte patre quasi domini rerum hæreditariarum fuerunt, *& ex filia nepotibus ab intestato venientibus*.54.

Ad SC. Tertullianum. 55. quo nunc auiæ & matres etiamsi ter enixæ non sint aut quater ad liberorum etiam vulgò quęsitorum legitimam successionem vocantur, pòst fratres & sorores defuncti filij.

Ad SC. Orficianum.56. quo liberi matribus & auiæ ab intestato succedunt.

De legitimis hæredibus.57. post suos hæredes aut quasi suos leg. 12. tabul. ad agnatum proximum pertinet hæreditas. Sunt autem agnati cognati per virilis sexus personas quasi à patre connati.

Communia de successionibus.58. quæ iure Prætorio & ciuili deferuntur. Fratri autem emancipato alter emancipatus cũ altero non emancipato succedit. Priuigno autem vitricus nouercę priuignus, ancillę cum qua contubernium fecit dominus, educato is qui educauit, non succedunt. Aduenis peregrinis scripti ab iis hęredes, vel ab intestato proximi, non eorum hospites: si desint proximi, Episcopis tradantur vt in pias causas erogentur.

De *bonis maternis*, à matre sc. filio suo datis vel relictis, *vel materni generis*.59. quę ab auo & auia, proauo & proauia maternis ad eum qui est in potestate patris deferũtur: in iis pater habet solum vsumfructum, eáque in Iudicio persequi potest.

De bonis quæ liberis in potestate patris constitutis vel aliàs acquirũtur & eorum administratione.60. patri competente.

De hæreditatibus decurionum, qui si ab intestato moriuntur nullis relictis hęredibus, fiscus illi non succedet, sed curia in qua erant *nauiculariorum*, quibus corpus nauiculariorum, *cohortalium militum*, erant Pręsidis prouinciæ officiarij, quibus cohortales eiusdem prouinciæ *& Fabricensium*.61. qui versabantur in publicis fabricis, quibus alij collegę fisco excluso succedebant.

LIB. VII.

De iure Dominorum in seruos & Patronorũ in libertos, de quo nonnulla superiùs dixit libro superiori à tit. 3. ad finem octaui. In hac quęstione explicanda consideramus

Manumissionem ipsam.

Species.

De vindicta libertate apud prætorem & præsidem, *& apud concilium* Principis *manumissione*.1.

De testamentaria manumissione.2.

De lege Fusia Caninia tollenda.3. qua certus modus seruis manumittendis constitutus erat, hodie verò cuíque licet omnes seruos testamento libertate donare, cùm & hoc quisque inter viuos facere possit.

De fideicommissariis libertatibus.4. his verbis fieri poterat, ROGO TE HAERES VT STICHVM SERVVM MEVM MANVMITTAS.

Effectus.

De deditia libertate tollenda 5. Olim non omnes qui manumittebantur, ciues Rom fiebant: non eam quam manumittens libertatem consequebantur, vt Dedititij ex lege Sentia.

De *Latina libertate tollenda*. qui ita manumittebãtur ex lege Iulia Norbana, liberi quidem vitam suam peragebant, ipso tamen vltimo spiritu simul animam atque libertatẽ amittebant, & quasi seruorum ita bona eorum manumissores detinebant. Dicebãtur Latini & Iuniani, *& per certos modos in ciuitatem Romanam*, vt nunc eadem manumisso libertas competat quam habet manumissor, fiátque ciuis Romanus, *transfusa* 6.

Obiecta.

De communi seruo manumisso. 7. seruus plurium ceu communis si ab vno dominorum manumittitur, non vt iure antiquo, alteri domino accrescit, nec libertatẽ ab altero domino acquisitam amittit: alteri tamen domino pars eius pretij dari debet, atque ita

seruus

seruus plenè manumitti.
De seruo pignori dato. 8. an & quomodo manumisti huiusmodi seruus possit?
De seriis Reipub. manumittendis. 9.
De his qui à non dominis manumissi sunt. 10. hi non consequuntur libertatem tali manumissione.
Qui manumitti non possunt & ne in fraudem creditorum manumittatur. 11.
Qui non possunt ad libertatem proclamare 12. damnati ad perpetua vincula, & prohibiti à testitore ne manumittereutur.
Quibus causis serui pro præmio libertatem capiunt. 13. quoties scilicet necem Domini vindicarunt, falsitatem monetæ, raptum virginis militiæ desertorem detulerunt.
De ingenuis manumissis. 14. non sunt libertini: natalibus enim non officit manumissio.
Communia de manumissionibus. 15. quæ fiunt vel à proprietario vel vsufructuario, & quo modo ita manumissus libertatem consequitur.

Ipsam actionem liberalem.
De liberali causa 16. quæ status & præiudicialis dicitur per quam quæritur an aliquis liber vel seruus.
De assertione tollenda. 17. si quis ex seruitute in libertatem proclamauerit per se, ipse Dominum se se potest asserere, non tamen procuratorem dare. Qui autem ex libertate in seruitutem, vtrumque facere potest, neuter eorum tamen tenetur hodie aliquem proferre, à quo in libertatem asseratur, propter assertoris reperiendi difficultatem.
Quibus ad libertatem proclamare non licet. 18. His qui se vendi passi sunt ad pretium participandum serui effecti propter delictum insigne, & qui descendunt ex latronum familia.
De ordine cognitionum. 19. Quæstioni status interdum alia quæstio adiungitur, quod cum euenit, de statu serui prius quàm de crimine, quòd obiicit, & de libertate prius quàm de hæreditate cognosci debet.
De collusione detegenda 20. de quo dixi in Digestis, li. 40. tit. 16.
Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. 21.
De longi temporis præscriptione quæ pro libertate & non aduersus libertatem opponitur. 22.
De peculio eius qui libertatem meruit 23. inter viuos manumissus peculium suum acquirit si non sit ademptum, testamento manumissus non acquirit nisi nominatim datum fuerit.
De SC. Claudiano, quo mulier libera serui alicuius cupidine & amore capta è natalium suorum ingenuitate in seruitutem deducebatur *tollendo.* 24. neque enim quod ab hostium ferocitate contra libertatem naturalem inductum est, ad libidinē nequissimorum hominum inferri placet.
De nudo iure Quiritum tollendo 25. apud quosdam dominos nudum ius Quiritum vel tantùm in bonis reperitur. Qui serui vsucapti, in iure cessi, mancipati erant, ex iure Quiritum serui erant, & manumittendo ciues Romani fiebant: qui verò traditi ex causa emptionis non mancipati vel cessi ij erant in bonis emptoris, venditoris verò ex iure Quiritum, quia serui emptori acquirebant ex omnibus causis vt hîc notauit Cuiacius.

De iure acquirendi per vsucapionem.
Causæ vsucapionum.
De vsucapione pro emptore vel pro transactione 26.
De vsucapione pro donato. 27.
De vsucapione pro dote 28.
De vsucapione pro hærede. 29.
Communia de vsucapionibus. 30. colonus quia non sibi sed domino possidet, non præscribit res fisci vsucapi non potest, mala fides defuncti nocet successori.

Formæ.
De vsucapione transformanda, meliùs dixisset reformanda *& de sublata differentia rerum mancipi & nec mancipi.* 31. vsucapionem tantùm in Italicis soli rebus veteres admittebant, & eam quidem biennij spatio: mobilium verò anno: in prouincialibus verò excludebant. Hanc primam partem reformat Iustinianus, nec patitur rem vllam immobilem vel soli præscribi nisi decennio, vicennio, tricennio: mobilem verò nisi triennio, idque in prouincia quoque, si modò bona fides adfuerit.
De acquirenda & retinenda possessione. 32. i. per quas personas & quomodo acquiratur.
De præscriptione longi temporis decem vel viginti annorum. 33.
In quibus causis cessat longi temporis præscriptio 34.
Quibus non obiicitur longi temporis præscriptio. 35.
Si aduersus creditorem præscriptio, longi temporis scil. *opponatur* 36.
De quadriennij præscriptione 37.
Ne rei dominicæ. i. Cæsaris Reip. *vel templorum vindicatio temporis præscriptione*, quantumuis longi temporis sci. *submoueatur* 38. i. impediatur.
De præscriptione triginta vel quadraginta annorum 39.
De annali exceptione Italici cōtractus, quem circa multæ altercationes oriebantur, *tollenda & de diuersis temporibus & exceptionibus & præscriptionibus & interruptionibus eorum.* 40. olim personales actiones in prouinciis perpetuæ erant, nec præscribebātur: in Italia anno præscribi poterant. Hodie anno tricesimo præscribi debent, non tamen interrupto.

De iure acquirendi per alluuionem.
De alluuionibus & paludibus & pascuis ad alium statum translatis. 41.

De iure acquirendi per sententiam, per quam etiam mittimur in possessionem, quæque inter genera possessionum numeratur. Sententiæ autem sunt earum personarū, quæ sequuntur.
De sententiis Præfectorum Prætorio. 42.
Quomodo & quando Iudex sententiam proferre debeat præsentibus patribus vel vna parte absente. 43.
De sententiis ex periculo, alij legunt ex breuiculo, *recitandis.* 44. non enim sufficit sententiam describi, nisi legatur. periculum hîc significat libellum aut tabellam in qua sententia præscripta erat.
De sententiis & interlocutionibus Iudicum. 45.
De sententiis quæ sine certa quantitate proferuntur. 46.
De sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur. 47. in omnibus causis qui certam habent quantitatem, hoc quod interest, dupli quantitatem non debet excedere: in iis qui incertam, non licet in infinitum computationem reducere, sed Iudex requiret quòd reuera damnum datum sit: nā hæ pœnæ tantummodo exigi debent, quæ & moderatæ sunt & legibus comprehensæ, quæ discretio in lucro æstimando habenda est.
Si non à competente iudice iudicatum esse dicatur. 48.
De pœna Iudicis qui malè iudicauit vel eius qui Iudicem vel aduersarium corrumpere curauit. 49.
Sententiam, in qua ea quæ in sententia esse debent seruata sunt, *rescindi non posse.* 50.
De fructibus & litium expensis. 51.
De re iudicata 52. & eius effectibus.
De executione rei iudicatæ. 53.
De vsuris rei iudicatæ. 54.
Si plures vna sententia condemnati sint. 55. quomodo fiat in eos sententiæ executio.
Quibus res iudicata non nocet. 56.
Comminationes, epistolas, programmata, i. edicta Iudicis contra latitantem proposita *subscriptiones authoritatem rei iudicatæ non habere* 57.
Si ex falsis instrumētis vel testimoniis iudicatum sit, 58.
De confessis 59. qui habentur pro iudicatis.
Res inter alios actas vel iudicatas extra iudicium *alij non nocere.* 60.
De relationibus. 61. à Iudice ad Principem faciendis, si quis Iudicum dixerit esse referendū ante sententiam ad Principem, nihil pronuntiabit.
De appellationibus & consultationibus. 62. Appellatio est Iurisdictionis inferioris Iudicis per inuocationem superioris ritè factaſuspēsio, fitque corrigēdæ iniquitatis aut imperitię in Iudicio causâ; interdum etiam ad opponendum quod oppositum non fuit, & ad probandum quod non probatum fuit, impeditque executionem primæ sententiæ: consultatio verò hîc significat relationem Iudicis ad Principem, vt quid statui, velit, definiat.
De temporibus & reparationibus appellationum seu consultationum. 63. Reparatio hîc significat instaurationem lapsi & amissi temporis.
Quando prouocare non est necesse. 64.
Quorum appellationes non recipiuntur 65.
Si pendente appellatione mors interuenerit. 66.
De iis qui per metum Iudicis non appellauerunt 67.

Si vnus ex pluribus appellauerit. 68. sententia in causa appellationis lata pro vno, aliis prodest.

Si de momentanea possessione fuerit appellatum. 69.

Ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare, vel post duas sententias Iudicum, quas definitio Præfectorum roborauerit, eas retractare 70.

Qui bonis cedere possunt. 71. Vt condemnatis per appellationem subueniri potest, ita per bonorum cessionem.

De bonis authoritate Iudicis possidendis & de separationibus bonorum. 72. petunt enim sæpissimè creditores hæreditarij bono defuncti sui debitoris separari à bonis hæredis aduersus creditores eiusdem hæredis.

De priuilegio fisci 73. Fisci priuilegium est, vt bona secum contrahentis tacitè ei sint obligata, & cæteris creditoribus sæpissimè præferatur.

De priuilegio dotis. 74. circa hypothecam scil.

De reuocandis iis quæ in fraudem creditorum alienata sunt. 75.

LIB. VIII.

Prætoris.

De interdictis. 1. Interdicta erant formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maximè fiebat, cùm de possessione aut quasi possessione veluti vsufructu, seruitute, & alio iure corporali agebatur.

Redduntur autem interdicta vel ex causa

Priuata, sintque vel

Adipiscendæ possessionis,

Quorum bonorum. 2. est adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatum bonorum possessori, id est, ei qui declarauit apud Magistratum se talem esse qui posset ac vellet iure Prætorio amplecti hæreditatem, cuius vis ac potestas hæc est, vt quod ex iis bonis quorum possessio alicui data est, quisque pro hærede aut pro possessore possideat, id ei cui bonorum possessio data est, restituere debeat. pro hærede autem possidet qui falsò se hæredem putat: pro possessore verò qui nullo iure aut titulo temerè occupat hæreditatem defuncti. Hoc igitur interdictum mihi competet ad adipiscendam nunc primùm possessionem. Quorum bonorũ, ex edicto prætoris mihi possessio data est.

Quorum legatorum. 3. Datur hoc interdictum hæredi aduersus eum qui sua authoritate rem sibi testamento relictam occupauit sine voluntate aut ratihabitione hæredis vel bonorum possessoris, quorum interest non ita occupari legata propter detrahendam ex iis Falcidiam.

Recuperandæ,

Vnde vi. 4. est recuperandę possessionis interdictum, quod quidem datur ei qui ex possessione fundi vel ędium vi deiectus est: & appellatur, Vnde vi, quia his verbis significatur causa propter quam interdictum redditur.

Si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio 5.

Retinendæ.

Vti possidetis. 6. est retinendæ possessionis interdictum, datur cùm ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuersia fit: & in eo prætor decernit, vt vnusquisque possideat, vti possedit, donec de Iure possessionis definiatur. Datur pro rebus fundi vel immobilibus, Vtrubi pro mobilibus.

Exhibitoria.

De tabulis exhibendis. 7.

De liberis exhibendis, ceu deducendis & de libero homine exhibendo. 8.

De precario, quo dominus rem suam vtendam concedit, alteri eius vsum precibus petenti, eique datur aduersus eum, qui rem precariò datam habet, vt scilicet res precario data restituatur, & *Saluiano interdicto.* 9. quo dominus prædij pro conseruando iure suo & ne defraudetur pensione, vult adipisci possessionem earum rerum, quæ illi obligatæ penes conductorem multis argumentis suspectum tutę non sunt, vel quas ad alios iam transtulit. Ob eam causam proposita quoque est actio Seruiana, qua quis de rebus coloni, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenẽtur experitur. vtilius tamẽ est Saluiano vti, quod solum possessorium est adipiscendę possessionis neque exigit vllam probationem, de iure debitoris, qui rem obligauit: cùm alioqui in Seruiana docere oporteat rẽ pignoratam fuisse in bonis debitoris.

De ædificiis priuatis 10.

De noui operis nuntiatione. 11.

Publica.

De operibus publicis. 12.

De ratiociniis operum publicorum, & de patribus ciuitatum. 13. cura huiusmodi rationum ad curatorem Reipub. siue patrem ciuitatis pertinet: nõ ad præsidem prouinciæ.

De Iure quod in rebus alienis habemus.

De pignoribus & hypothecis 14. pignora autem contrahũtur vel conuentione tacita vel expressa, vel ex aliis causis.

In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur. 15.

Si aliena res pignori data sit 16.

Quæ res pignori obligari possunt, vel non & qualiter pignus contrahatur 17.

Qui potiores in pignore habeantur. 18. iure suo, vt mulier, prior tempore, Respub. &c.

De iis qui in priorum creditorum locum succedunt. 19. qui alterius beneficio potiores censentur.

Si antiquior creditor pignus vendiderit. 20. & ab eo pignus emero, à posteriori creditore conueniri non possum.

Si communis res pignori data sit. 21. non potest pignus tenere nisi pro vna parte.

Quomodo ex aliis causis quàm ex conuentione partium pignus contrahatur.

De Prætorio pignore & vt in actionibus debitorum missio prætorij pignoris præcedat. 22.

Si in causa iudicati pignus captum sit. 23.

Si pignus pignori datum sit. 24.

De partis pignoris. i. ancillæ pignoratę, *& omni causa* 25.

De remissione pignoris. 26.

Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri posse 27.

De distractione pignorum. 28.

Debitorem venditionem pignoris impedire non posse. 29.

Si vendito pignore agatur. 30.

De luitione pignoris. 31. Luere est soluta pecunia liberare. Vnus hæredum debitoris partem suam soluens, non liberat pignus.

Si vnus ex pluribus hæredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti soluerit vel acceperit. 32.

Si pignoris conuentionum numeratio pecuniæ secuta non fuerit. 33. datur ei, cui pecunia non est numerata, actio ad pignus repetendum.

De iure

De *iure domini impetrando* 34. id euenit, quoties pignus emptorem nõ reperit, & creditor ob eam causam pignus sibi adici postulat.

De pactis pignorum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda 35. Pactum legis commissoriæ est vt nisi soluatur intra certum tempus creditori pecunia pignus illi committatur & eius sit.

De iure quo actiones ciuiles, de quibus multa superiùs diximus excludimus.

De *exceptionibus, seu præscriptionibus* 36.

De litigiosis 37. quorũ nomine nobis competit exceptio.

De iure quo negotia & ciuiles actiones confirmamus, vel tollimus: confirmamus his quæ sequuntur.

De contrahenda & committenda stipulatione 38.

De inutilibus stipulationibus. 39.

De duobus reis stipulandi & promittendi. 40.

De fideiussoribus & mandatoribus. 41.

Tollitur obligatio multis modis, sed his præsertim qui sequuntur.

De *nouationibus & delegationibus* 42. Nouatio est cum interuentu nouæ personæ, noua nascitur obligatio, & prima tollitur in posteriorem translata.

De *solutionibus & liberationib.* 43. solutione eius quod debetur, tollitur obligatio.

De acceptilationibus. 44. acceptilatio ab acceptum ferẽdo dicitur, estque imaginaria solutio, qua verbis facta obligatio, aliis verbis dissoluitur.

De *euictionibus.* 45.

Creditorem euictionem pignoris non debere 46.

De iure parentum in liberos.

De *patria potestate.* 47.

De *adoptionibus.* 48.

De emancipationibus liberorum. 49.

De ingratis liberis. 50.

De postliminio reuersis & redemptis ab hostibus. 51.

De *infantibus expositis liberis & seruis & de iis qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.* 52.

De iure non scripto.

Quæ sit longa consuetudo. 53. hîc de consuetudinis authoritate, vi & effectu traditur.

De *donationibus* 54.

De *donationibus quæ sub modo vel conditione vel certo tẽpore conficiuntur.* 55.

De reuocandis donationibus. 56.

De *donationibus causa mortis.* 57.

De *infirmandis pœnis cœlibatus.* pœna cœlibatus olim erat in viris vel mulieribus ex leg. Iulia & Pappia nequid ad eos ex aliorum testamentis trãsmitteretur, nisi intra 100. dies matrimonium contraherent, *& orbitatis*, orbus liberis ex testamento plusquam semissem capere non poterat, alius fisco cedebat, *& de decimariis sublatis.* 58. per legem enim Pappiam statutum erat vt decima pars eorum quæ relinquebantur vxori à viro vel è conuerso fisco applicaretur, si non essent liberi ex eo matrimonio: hodie si quid alter alteri reliquit, solidum capere poterit æquè ac si filium superstitem haberet vel amisisset.

De iure liberorum. 59. vt coniuges ex testamento inter se solidum caperent, requirebatur vt liberos sustulissent: postea ius tot liberorum, quot sufficiebant ad obtinendam assis capacitatem, à principibus peti & impetrari solitum fuit per eos qui neque liberos haberent neque amisissent, vt ita solidum coniugum alter ab altero consequeretur: quod ius omnibus hoc ti. concessum est, vt à nemine posthac ius liberorum peti debeat.

LIB. IX.

De criminalibus iudiciis: nam superiùs lib. 2. de ciuilibus egimus.

De *iis qui accusare non possunt* 1.

De *accusationibus & inscriptionib.* 2. Iura ciuilia nolunt quenquam admitti ad accusandum de crimine, nisi prius se obstrinxerit ad subeundam pœnam cui accusatus victus subiicietur, si succumbat iudicio. Quæ obstrictio vocatur inscriptio. incumbere autẽ est accusationi subscribere, suúmque nomen libello accusationis ascribere: item nisi datis fideiussoribus de lite prosequenda cauerit. quod hodie non ita obseruatur. Inquisitio verò fit quando Iudex ex suo officio de crimine alicuius inquirit.

De *exhibendis & transmittendis reis.* 3. vt scil. exhibeantur quò accusari & lis contestari cum his possit, & remittantur ad proprium forum in quo crimen admiserunt.

De custodia reorum. 4.

De priuatis carceribus inhibendis. 5.

Si reus vel accusator mortuus fuerit. 6. pendente accusatione: accusatio tamen non est abolita quo ad cæteros qui eiusdem criminis postulati sunt.

Species.

Si quis Imperatori maledixerit. 7.

Ad leg. Iuliam maiestatis. 8. Maiestatis rei sunt qui & Principis & reipublicæ & caput & statum labefactare conantur.

Ad leg. Iuliam de adulteriis & stupro. 9.

Si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit. 10.

De mulieribus quæ se propriis seruis iniunxerunt. 11.

Ad leg. Iuliam de vi publica vel priuata. 12.

De raptu virginum, viduarum, necnon sanctimonialium. 13.

De emendatione seruorum. 14.

De emendatione propinquorum. 15.

Ad leg. Corneliam de sicariis. 16.

De iis qui parentes vel liberos occiderunt. 17.

De maleficis & mathematicis, & cæteris similibus. 18. appellatione mathematicorum non sunt accipiendi qui syderum motus, positiones, & qui ex illis sequantur effectus & influxus inquirunt: sed qui præscientiam futurorum sibi arrogant ex obseruationibus potiùs superstitiosis quàm probabilibus: quales sunt magiæ professores.

De sepulchro violato. 19. sepulchrum violat qui illud deformat aut ex eo aliquid surripit.

Furtorum genera.

Ad legem Fabiam de plagiariis. 20. Plagiarij sunt qui sine vi, dolo malo scientes abducunt ingenuos aut liberos homines, & vendunt pro seruis aut supprimunt, vel qui seruos aliorum subducunt, & fugam persuadent, aut fugitiuos celant: huius pœna est capitalis.

Ad leg. Iuliam Viscellam. 21. qua libertinę conditionis homines prohibentur honores & dignitates ingenuorum vsurpare, nisi ius aureorum annulorum à Principe impetrauerint.

Ad leg. Corneliam de Falsis. 22. Falsarius is est qui imitatione veri compendium suum alterius dispendio per dolum quærit.

De iis qui sibi adscribunt in testamento. 23.

De falsa moneta. 24. nam & ipsarum rerum deprauatione falsum committitur. Cæterùm monetam corrumpentis pœna est concrematio.

De mutatione nominis. 25. in alterius fraudem.

Ad legem Iuliam de ambitu. 26. qua coërcetur eorum ambitio qui pecuniâ suffragia sibi comparant ad obtinendas dignitates.

Ad legem Iuliam repetundarum. 27. qua puniuntur hi qui prætextu publicæ potestatis amplius quiddam quàm illis iure debetur per comminationem extorquent: quæ pecuniæ ab iis repeti possunt, & Concussores appellantur.

De crimine peculatus. 28. quo tenentur qui publicas pecunias surripuerunt.

De crimine sacrilegij. 29. huius pœna capitalis.

De seditiosis & de his qui plebem contra Rempub. audent colligere. 30.

Quando ciuilis actio criminali præiudicet, & an vtraque ab eodem exerceri possit. 31.

De crimine expilatæ hæreditatis. 32. id est rei quæ sine domino est, pœna arbitraria est.

Vi bonorum raptorum. 33.

De crimine stellionatus. 34. quo tenetur is qui rem aliquam pluribus pignorat & cet. hoc crimine notantur delinquẽtes vbi specialis titulus criminis deficit. huius pœna est extraordinaria.

De iniuriis 35. quidquid in alterius contemptum fit, iniuriam vocamus. fit autem iniuria re, verbis, literis, affectu: æstimatur, & crescit pro ratione personarum: dissimulatione tollitur.

De famosis libellis. 36. si quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, vel dolo malo fecerit quò quid eorum fieret, iniuriam fecisse dicitur.

De abigeis. 37. quo crimine tenetur is qui ex pascuis animalia abigit vel surripit.

De Nili aggeribus non rumpendis. 38. quia Nilo flumine agros suos irrigant Aegyptij pœna vstulationis in eum

lata est qui Nili aggeres ruperit.

De ijs qui latrones vel alijs criminibus reos occultauerunt. 39. pari pœna puniuntur criminis rei eorúmque receptores.

De requirendis reis. 40. absentibus scil. qui si citati non comparent, bona eorum annotabuntur.

De quæstionibus. 41.

De abolitionibus 42. Abolitio est venia omittendæ accusationis, quam petit accusator à Iudice, in cuius officio accusationem instituit: aliàs accusatores ab accusatione desistentes incidunt in Turpillianum: alij ita definiunt vt sit Abolitio accusationis institutæ per sententiam inter locutoriam peremptio.

De generali abolitione. 43. quæ scil. fit vel à Principe vel ratione cuiusdam solennitatis, abolitione non infamia criminis tollitur, sed pœna.

Vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur. 44.

Ad SC. Turpillianum. 45. quo tenetur is qui non cunctatione aut negligentia, sed quadam animi destinatione ab accusatione destitit.

De *Calumniatoribus.* 46. Calumniator is est qui falsa crimina scienter alicui obijcit.

De *pœnis.* 47.

Ne sine iussu Principis certis Iudicibus liceat confiscare. 48.

De *bonis proscriptorum seu damnatorum.* 49.

De *bonis eorum qui sibi mortem consciuerunt.* 50.

De *sententiam passis & restitutis à Principe.* 51.

DE RATIONE ORDINIS IN LIBRIS INSTITVTIONVM A IVRISCONSVLTO SERVATI.

PROOEMIVM, siue constitutio, has Institutiones confirmans.

LIBER PRIMVS.

De *iustitia & iure.* 1. Quid Iustitia, & Iurisprudentia, de methodo iuris discendi & docendi: item de præceptis & obiectis iuris seu de publico & priuato.

Species,

De iure naturali, gentium, & ciuili. 2. ius naturale est omniũ animalium. 1. gentium, omnium hominum: ciuile non omnium, sed Romanorum vel alicuius ciuitatis. 2. 3. quod est vel scriptum vel non scriptum. 4. scripti species sunt lex, quæ ab vniuerso populo. 5. Plebiscitum quod à plebe. 6. Senatusconsultum quod à Senatu. 7. Constitutiones Principum quæ à Principe. 8. Edicta quæ vel à Prætore vel ab Aedilibus curulibus constituuntur. 9. Responsa prudentum. 10. non scriptum ex longo vsu venit. 11. 12. naturalia omnium gentium non mutantur: ciuilia iura aut tacito aut expresso consensu mutari possunt. 13.

Obiecta.

Personæ. §. fin.

Seruæ,

De iure personarum. 3. hic agit de seruis: omnes liberi sunt vel serui. 1. quid libertas. 2. quid seruitus 3. ἄτυπον serui. 4. causæ seruitutis 5. seruorum idem status.

Liberæ,

De ingenuis. 4. Ingenuus est qui vt natus est liber est. 1. nec officit igitur ei in seruitute & manumissum fuisse.

De libertinis. 5. Libertini sunt qui ex iusta seruitute manumissi. 1. multis modis acquiritur. 2. quolibet loco vel tempore. 3. hodie omnes libertate donati ciues fiunt Romani, & eadem qua qui manumittunt, fruuntur libertate, sublata Deditiorum, & Latinorum conditione, de quibus diximus. 7. Cod. 5. 6.

Qui & ex quibus causis manumittere non possunt. 6. alij legunt non licet. Non licet autem in fraudem creditorum manumittere, 1. ei licet qui soluendo non est seruum hæredem instituere, vt eius potius quàm defuncti nomine creditoribus satisfiat, distractis scil. eius serui bonis non defuncti. 2. nec requiritur ad hoc vt sit liber fieri libertatis mentionem. 3. in fraudem manumittit qui animum fraudandi habuit. 4. item minori annis viginti non licet inter viuos manumittere seruos, nisi apud Consilium ex iustis causis. 5. 6. 7. Testamento verò ei qui 18. ætatis annum attigerit, fin.

De leg. Fusia Caninia tollenda. 7. morientibus licet integram familiam manumittere.

De *his*, personis *quæ sui vel alieni iuris sunt.* 8. Hic tractat de seruis, & his qui sunt alieno & dominorum iuri subiecti; hodie sublata est vis ac potestas vitæ & necis dominorum in seruos, etiam atrox in eos iniuria.

De personis, quæ alieno iuri, parentum scil. subiecti sunt, vt Liberi.

De patria potestate. 9. Ius patriæ potestatis ac parentũ in filios, Romanis in quibusdam casibus peculiare erat. Fit autem quis pater his causis quæ sequũtur.

De nuptijs. 10. hîc explicat inter quas personas prohibitæ sunt nuptiæ, & quomodo oblatione curiæ & legitimatione ius patriæ potestatis consequamur.

De adoptionibus. 11. Eius species Arrogatio & Adoptio. 1. 2. 3. Hîc tractat de effectibus adoptionum. 4. 10. 13. quando arrogatio fieri debeat. 5. qua ætate quis adoptare possit. 6. in cuius locum. 7. 8. cuius consensus requiratur. 9. qui adoptare. 11. 12. & adoptari possint, fin.

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. 12. morte patris, deportatione, relegatione non item: seruitute pœnæ, dignitate, captiuitate non amittitur, sed est in suspenso propter ius postliminij: emancipatione, quæ vt fiat hîc explicatur: adoptione.

De Pupillis & eorum tutoribus, & Curatoribus.

Species,

Testamentaria.

De tutelis. 13. Hîc explicatur definitio. 2. & etymon Tutelæ & Tutoris. 3. Cæterùm testamento pater tutores dare solet liberis in potestate, & impuberibus. 4. posthumis. 5. & emancipatis. 6.

Qui testamento tutores dari possunt. 14. pater vel filiusfamilias. 1. seruus proprius. 2. furiosus & minor vigintiquinque annis & quomodo. 3. quousque, purè, conditionaliter, & quando. 4. Dantur autem non causæ & rei, sed personæ. 5. Tutor autem filiabus vel filiis datus posthumis: liberis verò, nepotibus etiam: posteris, omnibus descendentibus censetur datus.

Legitima.

De legitima agnatorum tutela. 15. Agnati sunt cognati per virilis sexus personas nobis coniuncti.

De capitis diminutione. 16. Hic explicatur quid sit capitis diminutio. 1. mutatio: Caput hîc libertatem, ius ciuitatis & familiæ, significat non membrum ac partem corporis. 1. Maxima, & ciuitatem & libertatem 2. Media ciuitatem tantùm. 3. Minima neutrum, sed statum solum tollit. 4. Caput autem non minuitur manumissione. 5. dignitatis mutatione. 6. Cæterùm ad proximioris gradus agnatos tutela pertinet. 8.

De legitima patronorum tutela. 17. patroni & eorum liberi consequuntur suorum libertorum tutelam.

De legitima parentum tutela. 18. parentes filiorum emancipatorum tutelam consequuntur.

De *fiduciaria tutela.* 19. fratrum emancipatorum & impuberum fratres maiores natu tutelã consequun-

consequuntur, qui fiduciarij, Tutores appellantur.1.

Datiua.

De Attiliano tutore & eo qui ex leg. Iulia & Titia dabatur. 20. his scil. quibus nullus tutor erat.1. aut erat quidem sed conditionis & diei euentus, quo datus erat, pendebat: vel quia nondum hereditas fuisset adita.2. aut tutor datus captus erat ab hostibus.3. dari tamen tutores vel curatores solent ex inquisitione, interdum cautione exacta rem saluam pupillis fore, aliâs periculo suo magistratus eos dederit. 4.5.6. Finita verò tutela tutor rationem reddere cogetur.

De authoritate tutorum. 21. sine tutore obligari pupillus non potest: etsi obligare alios sibi potest. 1. non tamen hæreditatē bonorū possessionē, fideicommissum quanuis lucrosum adire & suscipere potest. 2. tutórque in ea interponenda præsens esse debet. 3. huius tamen authoritas non requiritur in Iudicio quod habiturus est cum pupillo. 4.

Contraria.

Quibus modis tutela finitur. 22. pubertate pupilli. 1. capitis diminutione. 2. euentu conditionis. 3. morte 4. maxima capitis diminutione tutoris. 5. tempore finito ad quod datus est tutor. 6. quoties tutor ab ea vel remotus est vel excusatus. 7.

Affinia.

De curatoribus. 23. dantur puberibus minoribus. 1. furiosis & prodigis maioribus. 2. mente captis, surdis, mutis, & perpetuo morbo laborantibus. 3. pupillis si eorum legitimus tutor non sit idoneus. 4.

De satisdatione tutorum vel curatorum. 24. satisdare de indemnitate pupilli coguntur omnes præter testamentarios & datos ex inquisitione. 1. inter testamentarios tamē, & datos ex inquisitione qui satisdationem offeret, cæteris præferetur ad administrandum: si nullus eorum satisdationem offerat, quem maior pars tutorum elegerit, is geret: si dissentiunt in electione, Prætor eliget. 2. & in tutores & in eos qui satisdationem accipiunt, pupillis datur actio. i. in magistratus. 3. excepto Præfecto vrbi, Prætore & Præside. 5. nisi verò cauerint tutores pignus dare tenentur 4.

De excusationibus tutorum vel curatorum. 25. aliquis excusatur à tutela gerenda numero trium vel quatuor liberorum naturalium tamen & superstitum, nisi in bello ceciderint. 1. si res fisci administrat. 2. si Reipu. causa abest. 3. potestate ceu imperio vel munere publico. 4. si litem cum pupillo habeat. 5. tribus oneribus tutelæ vel curæ. 6. propter paupertatem. 7. & aduersam valetudinem. 8. imperitiam literarum pingendarum vel legendarum. 9. si à testatore tutelæ periculosæ per inimicitias datus sit. 10. item si testatori nondum reconciliatus. 12. si ab eodem status controuersiam passus fuerit. 13. si maior septuaginta vel minor vigintiquinque annis. 14. si miles. 15. si Grāmaticus Rethor & Medicus in patria. 16. si tutelam pupilli gesserit, à cura eiusdem excusari potest. 17. vt maritus ab vxoris cura. 20. non excusabitur etsi is asserat patri pupilli se ignotum. 11. & pollicitum tutelæ administrationem. 10. intra quinquaginta dies si intra centesimum lapidem fuerint & sciuerint se tutores datos excusationem proponent, si vltra, vide §. 17. falsa allegatione excusatus non liberatur à tutela. 21. & datus, vniuerso patrimonio datus esse creditur. 18.

De suspectis tutoribus vel curatoribus. 26. Suspecti crimen ex leg. XII. tab. descendit. 1. de quo Prætor, Præses, Legatus & Proconsul cognoscunt. 2. omnésque fieri suspecti possunt. 3. & ab omnibus suspecti postulari etiam mulieribus, & quidem externis si modo propēsæ pietatis cognoscantur. 4. non tamen à suis impuberibus tutores possunt postulari. 4. & suspectus is est qui non ex fide tutelam gerit. 5. ob solum dolum remotus fit famosus. 6. suspecti postulatus non administrabit. 7. quod crimen morte finitur. 8. si tutor absit quominus pupillo alimenta decernantur, pupillus in possessionem bonorum eius mittetur, quæ & distrahi poterunt, eóque nomine etiam remouebitur à tutela. 9. punitur etiam si falsò dicat alimenta deesse & si pecunia ministerium tutelæ acquisiuit. 10. vt libertus fraudulenter tutelam administrans. 11. hi omnes etiam si satis offerant remouendi: paupertas verò non facit suspectum. 12.

LIB. II.

Res.

De rerum diuisione, & acquirendo, iure gentium, *ipsarum dominio.* 1. res aliæ sunt in nostro patrimonio, aliæ extra. 1. vt ea quæ naturali iure communia sunt, veluti aër, mare, &c. 2. vt ea quæ publica, qualia sunt flumina, &c. 3. & litus. 4. 6. & ripæ. 5. vt quæ vniuersitatum sunt communia. 7. vt quæ nullius sunt, veluti res diuini iuris 8. quæ vel sacræ 9. vel religiosæ. 10. vel sanctæ sunt. 11. singulorum autem fiunt & nostri patrimonij, iure gentium vel ciuili. 12. gentium, feræ, bestiæ, volucres, pisces, quæ nullius sunt, & fiunt primi occupantis. 13. nec sufficit feram fuisse vulneratam. 14. apes etsi feræ, nostræ non sunt priusquam alueo includantur, & si examen ex nostro euolauerit, si tamen in conspectu non sit, fiet occupantis. 15. pauones, columbæ, cerui, & animalia quæ ex consuetudine abire & redire solent, si reuertendi consuetudinem deseruerint, fiunt occupantium. 16. aliud in gallinis & anseribus: qui enim lucrandi animo ea animalia detinebit furtum committet. 17. item iure gentium sunt in nostro patrimonio ea quæ ex hostibus capimus. 18. quæ in litore inuenimus. 19. quæ ex nostris animalibus nascuntur. 20. quod agro nostro per alluuionem adiectum. 21. non quod vi fluminis ex alterius prędio allatum, nisi radices in nostro egerit. 22. Primi quoque occupantis erit insula in mari nata: fluuialis verò si in medio fuerit confinium communis pro rata erit: sin citra, proximiorum erit, nisi flumen agrum ipsum insulam effecerit. 23. Idem ius est in alueo fluminis exsiccato, quod in insula diximus. 24. ager autem alicuius à flumine in alueum mutatus, publicus est, recessu fluminis confinium: meus tamen manebit ager, qui tantùm erit inundatus. 25. Qui ex aliena materia & sua speciem nouam fecerit, si species ad priorem materiam reduci potest, ad suum dominum materia reuertetur: sin minus, eius qui fecit, erit. 26. Purpura quoque vestimento cedit, cui intexta est: furta tamen & condictione tenebitur qui hoc fecit. 27. Materiæ similes aut diuersæ dominorum voluntate aut fortuito confusæ, vt liquida & metalla, eorum sunt communes. 28. idem ius est si consensu mutuo res commixtæ sint, vt aridæ: si casu, non item. 29. quod de purpura diximus; locum habet in eo qui ex aliena materia in suo solo ædificauit. 30. vel ex sua in alio sciens, seu bona fide, sumptus enim repetet. 31. Quod & locum habet si aliena planta in meo, vel mea in alieno posita radices egerit: cedit enim solo. 32. In satis idem dici oportet. 33. Et in iis quæ in aliena charta & membrana scripta sunt. 34. aliud omnino erit in tabula, quæ etsi alienæ picturæ & ei qui pinxit cedit: pictor tamen domino tabulæ tenebitur. 35. sic emptor vel possessor bonæ fidei fructus perceptos lucratur: malæ fidei non item. 36. sed vsufructuarius tantùm perceptos fructus lucratur. 37. Partus autem ancillæ fructuum appellatione non continebitur. 38. fructuarius verò ad instar boni patrisfamilias in locum demortuæ ouis, vineæ, arboris aliam substituet. 39. Thesaurus cedit ei qui in suo vel sacro & religioso fortuito tamen inuenit, si in alieno qualicunque & fortuitò, dimidium tantùm eius consequetur. 40. Traditione quoque à domino facta animo transferendi res nobis acquiruntur. 41. quòd si ante ex alia causa translata, vt puta deponendi animo, siue traditione & nuda voluntate, vt puta si quis donare velit, res acquiretur. 42. sic traditione clauium transfertur proprietas mercium in horreo repositarum. 43. acquirimus quoque missilia, etsi domini in incertam personam collata sit voluntas. 44. & rem pro derelicto habitam. i. ea mente abiectam à domino, vt in numero rerum suarum nō esset: pro derelicto autem non censetur quod in tempestate leuandæ nauis causa eiicitur, aut de rheda currente non intelligentibus dominis cadit.

De rebus corporalibus; quæ sui natura tangi possunt, *& incorporalibus.* 2. quæ tangi non possunt vt iura & seruitutes.

De seruitutibus rusticorum & vrbanorum prædiorum. 3. Ius rustici prædij consistit in itinere, actu seu facultate agendi iumentum vel vehiculum, via & aquæ ductu. 1. & quorumdam opinione, aquæ haustu, pecoris ad aquam appulsu, iure pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. 3. Ius verò vrbani prædij ædificiis inhæret siue vrbanis, siue villaticis, vt Tigni in parietem vicini immittendi, &c. 2. Prædiorum iura vocantur quia sine prædiis constitui non possunt. 4. & pactione, stipulatione vel testamento constituuntur. 5.

De vsufructu. 4. qui ius est rebus alienis vtendi fruendi salua earum substantia, quibus sublatis perit. 1. à proprietate differt. pacto & stipulatione acquiri. 2. & rerum omnium esse potest, etiam earum

quæ vsu consumuntur, & pecuniæ, quibus duobus casibus vsufructuarius cauere tenetur de iis restituendis. 3. finitur morte vsufructuarij, maxima & media capitis diminutione, si per modum eo quis non vtatur, si tempus sub quo relictus est, finitum: si acquiratur proprietas, aut si proprietario cedatur: interitu rei. 4. & finito vsufructu res ad proprietarium redibit. 5.

De vsu & habitatione. 5. Vsus, vt vsusfructus acquiritur & finitur. 1. minus tamen iuris in vsu quàm in vsufructu fundi. 2. ædium. 3. serui & iumenti. 4. & pecorum 5. habitatio verò nec vsus est, nec vsusfructus, sed quasi proprium aliquod ius. 6.

Quibus modis legitimo & ciuili iure res acquiruntur. §. fin. seruitutes reales & personales, de quibus diximus, vel teste Iustiniano, pactis vel testamento & stipulationibus acquiruntur, quæ ratione formæ iuris sunt ciuilis. Potuissent igitur vel commodè in hunc tractatum reiici. Acquiruntur igitur

Res singulæ his modis,

De vsucapionibus & longi temporis præscriptionibus. 6. res mobiles per triennium, immobiles decennio inter præsentes, viginti annis inter absentes, vbique vsucapiuntur, & earum dominium iustè acquiritur. 1. nisi res fuerit extra commercium, vt res diuini iuris, & seruus fugitiuus. 2. nisi res furto vel vi possideatur, & ab huiusmodi possessore, sciente tamen transferatur, quod locum non habet in eo qui loci vacantis possessionem sciens propter absentiam aut negligentiam domini aut defectum hæredis sine vi n.ctus est, & alteri tradidit. 3. &c.

De donationibus. 7. quæ sunt vel mortis causa vel non. 1. illæ fiunt propter mortis suspicionem, legatis per omnia comparatæ. 2. Donatio verò quæ non mortis causa fit & quæ inter viuos appellatur si perfecta sit. i. si donator scripto aut sine voluntatem suam manifestauerit, temerè reuocari non potest, immò tradendi necessitas incumbit donatori, nisi ob vitium ingrati. Cæterùm donatio non excedens quingentos solidos sine insinuatiode valebit. 3. genus quoque inter viuos donationis est ea quæ olim ante nuptias, hodie propter nuptias vocatur, quæ etiam constante matrimonio augeri & minui potest. 4.

De Iure accrescēdi, quo communis seruus ab vno dominorum manumissus alterius domini fiebat, nec libertatem consequebatur, hoc ius sublatum est, si tamen alteri domino pretium serui secundum partem dominij datum sit seruus liberabitur. fin. §.

Quibus alienare licet vel non licet. 8. maritus res soli vxoris alienare neque obligare potest etiam vxore consentiente. 1. Sed voluntate debitoris creditor pignus alienare poterit. 2. pupillo nec alienare nec mutuum dare, nec soluere licet, sine tutoris authoritate, at si ei solutum erit pecuniámque saluam apud se habuerit, aut ex ea locupletior factus si debitum petierit, doli exceptione submouebitur. 3.

Per quas personas cuique acquiritur. 9. Si filius in potestate quid ex re patris acquisiuerit, totum, si ex alia causa solus vsusfructus patri acquiritur. 1. 2. si verò emancipatus, pater, pro tertia parte dominij in rebus acquirendis ab emancipato, quam olim retinere poterat, dimidiam non dominij rerum, sed vsusfructus retinebit. 3. per seruos quoque nostros ex qualibet causa etiam insciis nobis acquiritur. 4. per vsufructuarios verò id tantum quod vel suis operis, vel ex re nostra acquisiuerint. 5 & per seruum alienum aut liberam personam bona fide à nobis possessam. 6. & per procuratorem. 7.

Hîc dicendum erat de legatis & fideicommissis quibus res singulæ nobis acquiruntur, quorum tractationem in tit. 20. & 23. reiecit. §. vlt.

Per vniuersitatem.

De testamentis ordinandis. 1. quæ obseruari oporteat vt valeat testamentum. 10. Testamentum mentis testatio est. 1. olim quædam fiebant Calatis comitiis in pace: in procinctu verò, cùm in prælium exituri essent: & per æs & libram, imaginaria quadam venditione & emancipatione. 2. Postea iure Prætorio septem testium signa suffecerunt ad testamenti probationem: hodie vno contextu testamentum fieri debet & subscribi à testatore & septem testibus. 3. nomen quoque hæredis manu vel testatoris vel testium exprimi: vno autem etiam alieno annulo omnes testes signare possunt. 4. & testes adhiberi quibus testamentum facere licet. 5. sufficitque tempore testamenti pro libero habitum qui seruus erat. 6. & plures ex eadem domo testes licet adhiberi. 7. si modò non sint in potestate testatoris. 8. vel hæredes vel hæredis pater, filius, vel frater. 9. legatariis tamen & fideicommissariis testibus esse licebit. 10. nec interest qua ex materia testamentum fiat. 11. pluribus ne Codicibus an vno. 12. in testamento non scripto, sed nuncupatiuo septem testes tantùm requiruntur. 13.

De militari testamento. 11. de cuius iure & solennitatibus hîc agitur.

Quibus non est permissum facere testamentum. 12. filiofamiliâs, nisi militi & veterano, & de castrensi peculio. 1. impuberi, capto ab hostibus, furioso, nisi tempore lucidi interualli, aut ante furorem, aut ante captiuitatem. 2. & in fin. ei, cui bonis interdictum est. 3. omnino muto & surdo & cæco, nisi eo quem Iustinianus præscripsit modo. 4. 5.

De exhæredatione liberorum. 13. Omnes hodie siue sui siue emancipati sint vel hæredes institui vel nominatim exhæredari debent, aliâs præteriti testamentum patris infirmabunt. 1. 2. 3. 4. 5. 6. silentium tamen militis pro exhæredatione habetur. 7. vt matris, vel aui materni, & cæterorum per matrem ascendentium. querendi tamen de inofficioso potestatem habebit præteritus. 8.

De hæredibus instituendis. 14. possunt institui hæredes liberi vel serui, seruus proprius hodie siue libertatis mentione instituitur, eo excepto quem domina adultera instituerit. 1. alienus verò iussu domini sui adibit. 2. plurium verò vnicuique dominorum pro portione dominij acquiret. 3. Cæterùm plures hæredes facere licet. 4. hæreditas verò vel in XII. vel in plures vncias diuidi potest. 5. & in dupōdium. 8. hæres purè & sub conditione institui potest: ex certo tempore aut ad certum tempus non æquè. 9. quòd si conditio sit impossibilis, pro non scripta habetur. 10. si sub pluribus conditionibus coniunctim, vtrisque parendum est, si separatim alterutri. 11. is quem nunquam testator vidit institui potest. 11.

De vulgari substitutione. 15. potest quis in testamento suo plures gradus hæredum facere, & alios aliis sufficere, vt vno hærede non existente alius hæreditatem consequatur.

De pupillari substitutione. 16. pater non solùm liberis suis impuberibus quos habet in potestate, substituere potest, vt si hæredes filij non extirerint alius sit hæres: sed eo amplius vt si hæredes ei extiterint & adhuc impuberes mortui fuerint, sit ei aliquis hæres.

Quibus modis testamenta infirmantur. 17. rumpitur testamentum adoptione filij quasi agnatione sui hæredis. 1. 2. posteriore testamento, capitis diminutione.

De inofficioso testamento. 18. datur hæc querela liberis & parentibus sine causa exhæredatis vel omissis, fratri verò & sorori, turpibus personis scriptis hæredibus.

De hæredum qualitate & differentia. 19. hæres necessarius dicitur qui siue velit siue nolit hæres esse tenetur, vt seruus à domino est institutus qui facultates suas suspectas habet. 1. 2. suus & necessarius is est qui in potestate morientis fuit vt liberi

beri in infinitum : quibus tamen prætor volentibus permittit abstinere ab hæreditate. 3. extraneus qui testatoris iuri subiectus non est. 4. cui licet adire hæreditatem facto prius inuentario vt in tantum teneatur quantum valent bona hæreditatis vt ex hac causa ius deliberandi vt olim non sit ei necessarium. 5. 6. sitque hæres si pro hærede se gerat, id est si rebus hęreditariis tanquam hæres vtatur vel si nuda voluntate hæreditatem suscipiat, & iisdem modis hæreditatem repudiare potest. 7.

Hæreditatis diminutio.

De legatis. 20. Legatum est donatio à defuncto relicta ab hærede præstanda. 1. 2. si testator his verbis vtebatur, HABE VENDICA, Vendicationis seu per vendicationem legatum erat : sin his verbis HAERES MEVS DAMNAS ESTO DARE, per damnationem: sin ita HAERES SINAT LVCIVMSVMERE ILLAM REM, sinendi modo : sin his verbis LVCIVS ILLAM REM PRAECIPITO, per præceptionē legatum erat: hodie his omnibus explosis legatario competit actio personalis, in rem & hypothecaria. 3. vt & legata fideicommissis exæquata. 4. Cæterùm legari potest res aliena. 5. 7. & pignorata. 6. & quæ in rerum natura non est si modò futura est. 8. & eadem res duobus. 9. res legatarij. 11. liberatio. 14. & debitum creditori interdum. 15. & dos vxori. 16. grex. 19. domus. 20. peculium, 21. res corporalis & incorporalis. 22. aliquid in genere. 23. & optio. 24. Legari autem non potest his quibus testamenti factio non est. 25. vt olim incertis personis. 26. & alieno posthumo, quæ duo postrema hodie correcta sunt. 27. 28. Error in nomine si de persona constet. 29. falsa demonstratio. 30. falsa causa, nisi conditionaliter enuntiata sit, legatum non vitiabit. 31. ante hæredis institutionem legari potest. 33. & post mortem hæredis vel legatarij 34. & pœnæ nomine. 35. 36.

De ademptione legatorum & trāslatione. 21. quæ scil. eodem testamento fieri potest, vel Codicillis.

De leg. Falcidia. 22. qua modus legatis impositus est & licentia vniuersi patrimonij legatis erogandi coarcta per legem Falcidiam qua cauetur ne plus legare liceat quàm dodrātem totorū bonorum. 1. &c.

De fideicommissariis hæreditatibus, & ad SC. Trebellianum. 23. fideicommissum est cùm aliquis recto iure testamento hæres institutus, rogatus est, vt alij hæreditatem restituat. 1. 2. 3. 4. Senatusconsulto verò Trebelliano cautum erat, vt omnes actiones ei & in eum darentur cui ex fideicommisso restituta esset hæreditas. 5. Senatusconsulto verò Pegasiano cautum fuit vt ei qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde liceret quartam retinere atque ex legatis Falcidiam retinere conceditur. 6. quorum SC. vis hodie coniuncta est. 7.

De singulis rebus per fideicommissum relictis. 24. quas per fideicommissum relinquere licet. 1. & proprias aut hęredis aut legatarij aut fideicommissarij, aut cuiuslibet alterius. 2. libertatem quoque per fideicommissum relinquere concessum est. 3. cuius verba hæc solennia erant, PETO, ROGO, MANDO, FIDEI TVAE COMMITTO. fin.

De Codicillis. 25. de quorum origine. 1. efficiente. 2. materia. 3. numero & solennitate hîc agit. fin.

De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur. 26. nam superiùs dixit de hæreditatibus quæ testamento deferebantur. Intestatorum autem hæreditates primùm ad suos hæredes pertinent. 1. 2. Sui autem hæredes existimantur liberi qui in defuncti potestate fuerunt. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. nam emācipatis datur à Prætore bonorum possessio vnde liberi. 10. &c.

De legitima agnatorum successione. 27. quæ locum habet si nemo suus hęres vel eorum quos inter suos hæredes Prætor, vel constitutiones vocat, existat. 1. ad 7. in quibus successionibus seruatur id quod diximus. 6. Cod. 16. de successorio edicto. 8. &c.

De SC. Tertulliano. 28. quo mater ingenua vel libertina succedit filiis, cæterisque personis legitimis anteponitur excepta fratris & sororis persona 1. &c.

De SC. Orficiano. 29. quo liberi ad bona matrum intestatarum admittūtur. 1. 2. 3. etiam vulgò quæsiti. 4.

De successione cognatorum. 30. quos Prætor post suos & agnatos vel quasi ad successionem vocat. 1. &c.

De gradibus cognationum. 31.

De seruili cognatione. 32. Iustiniani lege, nati ex seruis si manumissis parentibus superstites sunt, ius cognationis consequuntur, vt scil. succedant patri vel matri iure patronatus in hac parte sopito.

De successione libertorum. 33. 1. vt succedūt patroni suis libertis.

De assignatione libertorum. 34. si defuctus vni ex liberis libertum assignauerit, is solus patronus liberti habebitur cęteris liberis nihil iuris in eo habentibus.

De bonorum possessionibus. 35. de quibus satis diximus in Pandectis lib. 37. & Cod. lib. 6. tit. 11. &c.

De eo cui libertatis causa bona defuncti domini scilicet *addicuntur.* 36. qui libertatem acceperunt à domino in testamento ex quo non aditur hæreditas vel voluntbona sibi addici, libertatum conseruandarum causa audiuntur.

De successionibus quæ fiebant per bonorum debitoris scil. *vēditiones sublatis*, nam hodie explosis ambagibus huiusmodi venditionum tantummodo creditoribus datur bona debitoris officio Iudicis possidere, vt non sit necessaria eorum emptio ex iure veteri, *& ex SC. Claudiano.* 37. quo scil. libera mulier serui amore bacchata ipsam libertatem & cum libertate substantiam amittebat.

LIB. III.

Secuti sumus hanc librorum partitionē quæ in multis Codicibus ita habet, vt liber 3. incipiat à tit. proximo.

De obligationibus. 1. Obligatio ab obligando, hinc iuris vinculum dicitur, quo quis astringitur alicuius rei soluendæ. 1. Estque vel ciuilis, quæ à legibus aut constituta aut comprobata est: vel prætoria seu honoraria, quam prætor ex sua Iurisdictione instituit. 2. estque vel

Ex contractu. 5. fin. qui constat vel

Re.

Quibus modis re contrahitur obligatio. 2. mutuo. 1. indebiti solutione. 2. commodato.

3. deposito. 4. pignore. 5. de quibus diximus in Pandectis libro 12. 13. 14. 15. 16. & Cod. libro 4. titul. 15. 23. 24. 34.

Verbis, quibus constare dicitur hæc obligatio propter certam eorũ formulam & solennitatem, qua hic cõtrahentes vtuntur, interrogatione scil. & responsione.

De verborum obligationibus. 3. de quibus diximus in pandectis lib. 45. tit. 1.

De duobus reis stipulandi & promittendi. 4. Vide 45. ff. 2.

De stipulatione seruorum. 5. Vide 45. ff. 3.

De diuisione stipulationum. 6. vide 46. ff. 5.

De inutilibus stipulationibus. 7. in stipulationem deduci possunt res omnes dominio nostro subiectæ. 1. Inutilis autem erit si quis stipuletur rem quæ in rerum natura non est, aut esse non potest. 2. rem diuini iuris publicam & suam, liberum hominem. 3. alterum daturum vel facturum. 4. alteri quàm ei cuius iuri subiectus sit, dari, non tamen solui. 5. item si quis ad ea ad quæ interrogatus fuerit non respondeat, 6. vel ab eo stipuletur qui suo iuri subiectus est. 7. mutus quoque & surdus qui omnino non audit nec stipulari nec promittere potest. 8. nec furiosus. 9. nec infans, infantiæ autem proximus & impubes si in potestate parentis sit ne authore quidem patre obligabitur: si autem pupillus fuerit, tutoris authoritas necessaria erit vt possit obligari 10. sed & impossibilis conditio, cui natura impedimento est; stipulationi adiecta inutilem reddit stipulationem. 11. & absentia: nam inter præsentes stipulatio fieri debet, de qua per scripturam si constiterit credendum erit partes præsto fuisse: licebit tamen reo probare toto eo die quo conficiebatur instrumentum sese vel aduersarium suum in aliis locis fuisse. 12. item si quis stipuletur sibi dari post mortem vel suam vel eius qui promittit stipulatio inutilis erit. 13. &c.

De fideiussoribus. 8. Qui solent obligari pro eo qui promittit, dum curant homines vt diligentius sibi cautum sit. 1. in omnibus obligationibus assumi possunt. 2. hæredem suum relinquunt obligatum. 3. nec interest quis fideiusserit ante vel post obligationem. 4. si plures obligati sint, creditor à singulis qui soluendo sunt litis contestatæ tempore partes petere tenetur, idque ex epistola Diui Adriani ante quam creditori liberum erat à quocumque is voluisset solidum petere. 5. non possunt autem fideiussores obligari vt plus debeant quàm principalis, vt minus tamen debeat, possunt. 6. datur autem fideiussori qui pro reo soluit aduersus reum mãdati actio.

Literis.

De literarum obligationibus. 9. Intra biennium non numeratę pecunię aduersus syngraphã exceptio opponi potest.

Consensu, *De obligationibus ex consensu.*

De emptione & venditione. 11. vide 18. ff. 4. Cod. 238. tit. ad finem. 63.

De locatione & conductione. 12. Vtraq; emptioni & vẽditioni proxima est & isdẽ regulis iuris cõsistit, & contrahi intelligitur si merces cõstituta sit, cõpetitq; locatori actio locati, cõductori conducti. 5. sed si merces alieno arbitrio permissa fuerit, neutra actio dabitur, sed præscriptis verbis. 2. Quẽadmodũ si rẽ aliquã vtendã tibi aliquis dederit & inuicẽ à te fruendã aliã acceperit. 3. locationi & cõductioni immò emptioni & vẽditioni proxima est emphyteusis, quæ contractus proprij habet naturã. Fit autẽ emphyteusis cùm prædia perpetuò fruẽda quibusdã dãtur ea lege vt quãdiu pensio siue reditus pro his domino præstabitur, emphyteuticario prędia auferre nõ liceat 4. Cõductor autẽ secũdũ legẽ cõductionis omnia facere tenetur & siquidin ea pręterm issũ fuerit id ex æquo & bono præstare. 5. eo mortuo intra tẽpora cõductionis hæres in conductione succedet.

De societate. 13. Societas aut omniũ aut quorũdam bonorum esse potest. 1. si lucri partes expressæ sint hę seruabũtur: si nõ expressæ, socij æquales & in lucro & in dãno erũt. 2. 3. 4. soluitur societas si ei renũtietur. 5. socij morte. 6. si finis negotio impositus. 7. si vniuersa bona socij publicẽtur, ceu distrahantur. 8. si socius bonis suis cesserit. 9. Cæterùm alter alteri tenetur de dolo & culpa, quæ non ad exactissimã diligẽtiã diligẽda est: sufficit enim talẽ diligẽtiã à socio in cõmunibus rebus adhiberi, qualem in suis rebus adhibere solet.

De mandato. 14. Mãdatum contrahitur vel mandãtis tãtùm gratia & vtilitate 1. 2. vel mandantis & mandatarij. 3. vel alterius tantùm. 4. vel mandantis & alterius. 5. vel mandatarij & alterius. 6. vel mãdatarij tãtùm, quod potius cõsiliũ est quàm mandatum & ob id non est obligatoriũ. 7. quemadmodum etiã si cõtra bonos mores erit. 8.

tit. 8. mandatarius verò non debet excedere fines mandati.9. quod si re integra reuocatum erit euanescet.10. morte tamen mandãtis nõ semper soluitur.11. ad mandatum autẽ suscipiẽdum nemo tenetur : susceptum verò consumandum est aut quamprimum renuntiandum , nisi iusta causa intercesserit , aut non renuntiandi , aut intempestiuè renuntiandi.12. &c.

Ex quasi contractu , *De obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur*. 15. ita appellantur,quia neque ex contractu , neque ex maleficio vel quasi suam substantiam capiunt:sequitur ergo vt sint ex quasi contractu. 1. vt est negotiorum absentis gestio. 2.tutela 3.hæreditatis communio. 4. eiusdem aditio, nam hæres legatorum soluendorum nomine legatariis ex quasi contractu tenetur. 5. & solutio indebiti.6.

Per quas personas nobis obligatio acquiritur. 16. per nosmetipsos & per eas personas quæ in nostra potestate sunt , de quibus etiam diximus §. lib.2.tit.9.

Quibus modis tollitur obligatio.17.solutione eius quod debetur aut alterius rei,ex consensu creditoris.1. acceptilatione.2. nouatione.3. contrario consensu 4.

Ex delicto , *De obligationibus quæ ex delicto nascuntur*.18.in quibusdam Codicibus ab hoc titulo liber 4. incipit : sed hic obligationum tractatus videtur quàm optimè contineri libro 3. vt eo integra obligationum natura finiatur. Cæterùm hîc agit de furto.

De vi bonorum raptorum.19. hæc actio locum habet non solùm in mobilibus , quæ rapi possunt sed etiam in inuasionibus quæ circa res soli fiunt.

De lege Aquilia 20.

De iniurijs. 21. Iniuria committitur facto,vel conuitio & scripto. 1. 2. eá nque patimur non solùm per nosmetipsos,sed etiam per liberos & vxorem.3.& per seruos 4. 5.6.7. pœna iniuriæ crescit aut minuitur secundum gradum dignitatis & vitæ honestatem. 8: item si domum suam quis vi introitam esse dicat. 9. atrox autem æstimatur iniuria, vel ex facto vel ex loco, in quo vel in quem illata erit,vel ex persona. 10. de iniuria agi potest criminaliter vel ciuiliter .11. & de iniuria is tenebitur etiam qui procurauit vt fieret 12. tollitur autem dissimulatione cum quis iniuriæ vltionem dereliquit.

Ex quasi delicto , *De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur*. 22. ex quasi delicto tenetur Iudex qui litem suam fecit. 1. is ex cuius cœnaculo deiectum effusúmve aliquid est,ita vt alicui noceret.2. & exercitor nauis aut cauponæ aut stabuli de dolo aut furto quod in naui aut caupona aut stabulo factum erit.3.

LIB. IV.

Actiones,

Actor

De actionibus. 1. Actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. 1. Actionum. 1. diuisio est,vt aliæ sint in rem ciuiles vt vindicatio rei corporalis. 2. & incorporalis , quæ vel confessoria vel negatoria dicitur. 3. Prætoriæ verò ex causa vsucapionis. 4. quæ prosunt ei qui ex iusta causa rem aliquam per traditionem accepit cuius rei si possessionem amiserit ad rem repetendam Publiciana vtetur. 5.prosunt quoque ei qui vel hostium captiuus vel apud eos Reip.causa erat , aduersus eum qui rem eius eo tempore vsucepit rescissa huiusmodi vsucapione. 6. & creditori cui Paulina actio datur ad rescindendam venditionem & traditionem rei à debitore suo factam. 7. & domino fundi qui Seruiana experitur ad res coloni reuocandas , quæ pignoris iure pro mercede fundi ei tenentur : & creditori cui quasi Seruiana datur ad rem pignori vel hypothecæ sibi datam persequendam. 8. In personam verò Ciuiles dantur aduersus eum qui nobis est obligatus vel ex contractu vel ex maleficio 2. Prætoriæ autem sunt in personam hæ quæ sequuntur:de constituta pecunia,qua aduersus eum qui pro se vel alio soluturum se constituit , experimur. 9. de peculio , qua actione pater vel dominus ex contractu filij vel serui peculio tenus condemnatur. 10. in factum ex iureiurando , quæ datur ei qui postulante aduersario iurauit deberi sibi pecuniam quam petebat: non tamen ei soluitur. 11. & pœnales 12. præiudiciales verò in rem sunt. 13. 14. Actiones in rem , vocantur vindicationes : in personam condictiones. I I. Diuisio actionum. aliæ rei persecutoriæ sunt. 16. 17. aliæ pœnæ persecutoriæ. 18. aliæ mixtæ ex vtrisque. 19. 20. III. Diuisio. Aliæ sunt in simplum. 21. 22. in duplum 23. in triplum. 24. in quadruplum. 25. 26. 27. IV. Diuisio. Aliæ bonæ fidei , aliæ stricti iuris. 28. quatuordecim illis actionibus quæ in præcedenti §. numeratæ sunt additur ea quæ olim rei vxoriæ, hodie ex stipulatu actio dicitur. 29. in quibus bonæ fidei iudiciis libera potestas iudici permittitur , vt ex bono & æquo æstimet quantum actori restitui debeat. 30. quibus arbitrariæ actiones affines sunt quæ scil. ex arbitrio Iudicis pendent. 31. V. Diuisio. In aliis vel plus vel minus petitur : plus petitur quatuor modis : re , tempore , loco & causa. 32. 33. 34. 35. VI. Diuisio. In aliis solidum interdum persequimur , interdum minus : nam si non minus in peculio sit quàm petimus , in solidum dominus patérve condemnabitur : si verò non minus inueniatur , eatenus condemnat Iudex quatenus in peculio sit. 36. sic in Iudicio de dote maritus vxori condemnabitur quatenus facere possit seu quatenus eius facultates patiantur.37. idem erit si quis cum parente vel patrono vel socio agat , vel si quis ex donatione sua conueniatur.38. item petitioni solidi iustè opponitur compensatio. 39. quemadmodum is qui bonis cessit & aliquid postea acquisiuit,non in solidum sed in id quod facere potest condemnandus est.fin.§.

De actionibus quæ nobis competunt ex facto eorum qui sunt in alterius potestate.

Quod. 1. si aliquod , *cum eo qui aliena potestate est* vt filius & seruus , *negotium gestum esse dicetur*. 2. & patris vel domini iussu contractum erit : dabitur in eos Quod iussu actio in solidum. 1. 2. vt in exercitorem qui magistrum naui , & in eum qui institorem tabernæ præposuit. 3. & in patrem vel dominum si eorum seruus & filius in peculiari merce negotiatus fuerit , dabitur Tributoria actio , vt quicquid in his mercibus erit , id inter creditores & ipsum dominum vel patrem si quid eis debebitur , pro rata portione distribuatur. 4. quòd si neutrius voluntate cum huiusmodi personis aliquid contractum erit , si in rem patris vel domini aliquid versum erit , id totum præstare tenebitur actione de in rem verso : si nihil in rem eorum versum , id eatenus præstare tenebuntur quatenus peculium patitur actione de peculio. 5. 6. quòd si filiofam. mutua pecunia data sit , SC. Macedoniano denegabitur creditori actio. 7.&c.

De noxalibus actionibus. 3. Noxa est ipsum corpus quod nocuit. i. seruus , hinc noxalis actio ea est quæ nobis competit ob maleficium aliquod à seruo alterius factum,

qua actione dominus litis æstimationem sufferre cogitur, aut ipsum seruum noxæ. i. pro maleficio dedere. i. &c. hæ actiones ex solis seruorum maleficiis proponuntur.§.fin.

Si quadrupes, contra naturam scil. suam non ex genitali feritate, *pauperiem*, pauperies est damnum sine iniuria facientis datum: nec enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret, *fecisse dicatur*. 4. per lasciuiam, pauorem aut feritatem. si dominus eam noxæ dederit illi proficiet ad liberationem. 1. Cæterùm Ædilitio edicto prohibemur feras illîc habere, quâ iter fit.§.fin.

De ijs per quos agere possumus. 5. per procuratorem, tutorem, curatorem. 1. 2. &c.

De satisdationibus. 6. quas præstant qui alieno nomine agunt aut conueniuntur. Satisdatio autem est cautio pro eo quod à nobis petitur.

De perpetuis & temporalibus actionibus & quæ ad hæredes & in hæredes transeunt. 7.

Reus — *De exceptionibus*. 8. quæ sunt comparatæ eorum gratia cum quibus agitur. 1. causæ exceptionum hæ sunt si de metu & dolo excipiamus. 2. non numeratam item pecuniam. 3. pactum. 4. iusiurandum. 5. rem iudicatam 6. & cæt. huiusmodi. 7. Exceptionum aliæ sunt legitimæ, aliæ Prætoriæ. 8. aliæ perpetuæ & peremptoriæ. 9. 10. aliæ temporales & dilatoriæ. 11. 12.

Actor & Reus. — *De replicationibus*. 9. Replicatio dicitur, quia per eam replicatur atque resoluitur ius exceptionis. 1. quæ replicatio si iniqua fuerit, duplicatione quæ rei adiuuandi gratia comparata est, eliditur. 2 quæ si iniqua quoque reperiatur, actori cõsulitur triplicatione, qua actor adiuuatur. 3. &c.

De interdictis. 10. seu actionibus quæ eorum loco exercentur. Interdicta erant formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri aut fieri prohibebat: tunc maximè cùm de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendebatur. 1. quorum prima diuisio est vt alia sint prohibitoria, quibus Prætor vetat aliquid fieri: restitutoria, quibus restitui aliquid iubet, exhibitoria, per quæ iubet exhiberi. 2. Secunda diuisio est vt alia sint adipiscendæ 3. 4. retinendæ. 5. recuperandæ possessionis. 6. Tertia diuisio. Interdictorum alia sunt simplicia, in quibus scil. alter actor, alter Reus est: alia duplicia, quia par vtriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipuè reus vel actor intelligitur. 7. hodie interdictis non agitur, nam extra ordinem ius dicitur, iudicatúrque sine interdictis ac si vtilis actio ex causa interdicti redita fuisset. fin.

De pœna temerè litigantium. 11. quæ interdum pecunia, modò iurisiurandi religione, modò infamiæ metu coërcetur. 1. 2. 3. is autem qui litigare temerè non cupit, aduersarium in ius vocare id est ad eum qui ius dicturus sit, debet: item scire quas personas non possit in ius vocari sine Prætoris permissione, quales sunt parentes & patroni. fin.

Iudex — *De officio iudicis*. 12. Iudex illud imprimis obseruare debet ne aliter iudicet, quàm legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est. 1. Non igitur ignorabit quæ sint partes iudicantis in Iudicio noxali. 2. actione reali 3. ad exhibendum. 4. familiæ erciscundæ. 5. communi diuidundo. 6. Finium regundorum 7. & adiudicationibus. fin.

De publicis Iudiciis. 13. quæ neque per actiones ordinantur (de quibus suprà) neque omnino quicquam simile habent cum cæteris iudiciis, de quibus locuti sumus: magnáque diuersitas eorum est & in instituendo & in exercendo. 1. Publica autem dicta sunt quòd cuiuis ex populo executio seu accusatio plerunque datur. 2. quorum alia sunt capitalia alia non capitalia, quæ vel infamiam irrogant, aut damnum pecuniarium inferunt. 3. Publica ea sunt: crimen læsæ maiestatis. 4. adulterij. 5. homicidij. 6. parricidij. 7. falsi 8. vis publicæ & priuatæ. 9. peculatus, & concussionis. 10. plagij. 11. ambitus, repetundarum, annonæ, & de residuis. 12. Cætera latiùs exponuntur. 48. ff. & 9. Cod.

FINIS.

DVODECIM

DVODECIM TABVLARVM FRAGMENTA.

a Quæ leges hoc priore libro cõtinentur, ex Ciceronis libris de legibus decerptæ, verè duodecim tabularũ non sunt, sed à Cicerone partim inuentæ, partim ex ipsis legibus duodecim interpolatę, idque Tullius ipse *libro 3. de legibus* minimè diffitetur. Non recognoscimus, inquit, nunc leges P. Romani, sed aut repetimus ereptas, aut nouas scribimus. Fecit itaque mixtura veterum legum, rerũque ipsarum vtilitas, vt eas lectori proponerem, non tam vt eas cognosceret, quàm ne ignoraret. *b* animo & corpore. *c* i. sumptum. *d* nedum homo. & his quidem verbis, præsentis pœnæ metu reliqua confirmari videntur. *e l.1. Cod. de rebus creditis.* *f* id est, habeat. *g* *vide Paulum 5 sententi. 21. §. 2.* *h* His verbis tollit confusionem religionum & ceremoniarum, Cicero. Diu certè hoc Romæ seruarum non fuit. Testis erit dea Pessinuntia quæ & mater deûm, Phrygia aduecta non sine magnis miraculis. *Herodianus* 1.18. *Plin.* 3. *i* Tertullianus 5. *Apologet.* Vetus, inquit, erat decretum, ne quis Deus ab imperatore consecraretur, nisi à Senatu probaretur. & *post* apud vos de humano arbitratu diuinitas pensitatur Nisi homini Deus placuerit, Deus non erit. & *post*, Tiberius nónne Christum detulerat ad senatum, cũ prærogatiua suffragij sui? Senatus, quia ipse non probauerat, respuit: Eusebius 2. *histor.* 2. id ea de causa factum fuisse refert, quòd salutaris prædicatio, nulla opus habeat humana approbatione. *k* Fronto, delubrum dici putat, quo homines pericula sua diluunt. Ponebant enim vel pileum vel scutum, vel alia suscepti voti, Isidorus 5. *c.* 3. delubra à diluendo dici putat, eáque esse templa fontes habẽtia, quibus ante ingressum diluebantur. Templum, ædificium Deo consecratum. *Festus* in loco augurato, *Fronto*: singulorum diis attributorum locorum. *Asconius*: à contemplatione. *Isidorus d. loco*: sui tuendo, qua tuimur, i. spectamus *Varro 6. de ling.* Fanum à Fauno, *Fronto*: siue à fando quod dum pontifex dedicat certa verba fatur, *Festus*: vnde fata petuntur. *Asconius* Sacellum, paruulum ædificium diis consecratum, *Fronto*: Tescua, seu Tesca, loca quidem angusta diis dicata: quòd ibi mysteria fiant ac tueantur *Varro 6. de lingua.* *l* Locus est arborum spissitate tectus: vel locus flumine ictus, *Fronto* *m* Larum diuersæ sententiæ fuerunt. Vulgus lares vocabat, viarum atque itinerum deos, ex eo quòd Græci vicus cognominant lauras. *Arnob.* 3. alij, quasi æerios deos & heroas, *Arnob. d. loco.* Varro, Manes interpretatur: quorum mater, *Arnob. d. loco.* vel a nia Mania fuerit: vel vt Lactantius 1. *cap.* 20. scribit, Muta seu Larund. & lara, Festus *in voce Maniæ turpes: laruæ.* Mænias nutrices minitabantur pueris paruulis, Festus, *d. loco.* Idem, *in Pilæ.* Lares, animas hominum redactas in numerum deorum interpretatur vt minus propriè is, *Act.* 12. *vers.* 15. ἄγγελον reddiderit, qui genium vertit. cùm nuntium à Petro fidelem potuerit intelligere. Eidem Festo *in voce Pilæ.* Lares dij inferi: quibus tot pilæ, quot capita: tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, vt viuis parcerent, & essent his pilis & simulachris contenti. Vt rem omnem finiam. Lares domum custodes hîc intellige *vt* 5. non penates (i. Neptunum & Apollinem, qui vrbem Ilium muro cinxerunt *Arnob.* 3.) Lares iidem qui genij Genius seu lateranus, focorũ (qui ex laterculis sæpe fiunt) Deus. *Arnob.* 4. De lare familiari vide Plautum *in Aulularia.* *n* Festus *in voce ritus.* Ritus, mos comprobatus in administrandis sacrificiis. Varro *6. de lingua.* ritus, instituto. vt cũ Haruspex præcipit, vt suo quisque ritu sacrificium faciat: & nos dicimus XII. (alij legunt XV) viros Græco ritu sacra, non Romano facere. hæc Varro. *o* ritus familiæ, sacra gentilitia. *p* Vetus & antiquum fuit, patrum ceremonias custodire. Tertull. *c 5. adversus gentes.* Laudatis semper antiquitatem & nouè de die viuentis. & *post.* Vidimini fidelissimè tueri à patribus traditum studium deorum colendorũ, de quo maximè errauit antiquitas. Est igitur iusta de causa à patrum falsis opinionibus discedendum *Ierem.* 8. 16. *Ezech.* 20. *Nouell.* 15. Et rectè Pythius, Athenienſibus quærentib. quem morem maiorum potissimum sequerentur ex variis, respondit: vt optimum sequerentur. vt sit id habendum antiquissimum & Deo proximum, qui sit optimum. *Cic. 2. de legib.* *q* i. illos. *r* Dij gentilium meritis fiebant, vt Hercules, Liber Aesculapius, &c. Merita in eorum muneribus & officiis perspiciuntur, *Arnob.* 4. Illud quod sequitur, quale est, quòd deos vobis inducitis fabros, alios medicos, alios lanarios, nautas, citharistas, aulędos, venatores, pistores, rusticos? Et ille Musicus Deus est, & hîc alter diuinus est, obstetricis ille informatus artibus, medicorum alius est institutus disciplinis: hic in sermone facundus est. Vbirdi sunt alij. Hinc, Venus Libentina & Liburnus libidinis ardorem incitat. Domiducus adest nuptæ, cùm in domum mariti deducitur: Virginensis, cùm virgini zona soluitur. (*Arnobius* 3. Cinxiam appellat.) Subigus & dea Prema, vt virgo subigatur & cõprimatur, *August. de ciuit.* 9. Perfica voluptatem seu voluptatis prælium (*vt Arnobius ait lib.* 3.) cum dulcedine procedere perficit. Pertunda (Augustinus Partundam appellat *d. loco*) scrobem virginalem defodientibus maritis adest, *Arnob.* 4. Viriplaca, cuius interuentu viri placabantur, 2. *Valer.* 1. Alemona, partum alit in vtero Partula, partum gubernat. Lucina, producit in lucem, *Tertul.* 19. *de anima.* Postuertam & Prosam deprecabãtur, vt rectus ac nõ peruersus partus esset 16. *Gel.* 16. Ossilago, ossium solidatrix *Arnob.* 4. Cunina, quæ infantes in cunis tuetur 1. *Lactant.* 20. Rumina, lactantes pueros tuetur. Est enim Ruma, mamma, vnde subrumi agni. Vtrique, Cuninæ & Ruminæ lacte fiebat non vino. *Nonius in Ruma.* Nodutis, & Nodoturensis, nodos producit ad res satas & fruges. Limentinus à liminibus, Cardea à cardinibus, Forculus à foribus, *Tertull. lib. de Idolatr.* Limus, obliquitatibus, Montinus, montibus: Nemestrinus, nemoribus: Puta, putationi arborum: Peta, petendis: Patela, patefaciendis: Patelata, patefactis rebus: Vibilia, erroribus viarum: Mellonica, mellis dulcedini: Orbona (huius etiam meminit Plin. 2. *c.* 7.) orbatis præest Pecunia *Arnob. ibid.* Asculanus & filius eius Argentinus æs & argentum largiuntur, *August. 4. de ciuit.* 21. Murcia segnium deus *Arnob.* & *August.* 4. *de ciuit.* 6. fortè quia Murci

LIBER PRIMVS. *a*

De cultu diuino.

DIVOS adeunto casté *b*. pietatem adhibento. opes *c* amouento. Qui secus faxit, Deus *d* ipse vindex *e* erit.

Qui colendi.

SEPARATIM nemo habessit *f* deos néve nouos *g*: sed ne aduenas *h*, nisi publice adscitos *i*, priuatim colunto.

Vbi colendi.

CONSTRVCTA à patribus delubra *k* habento. lucos *l* in agris habento, & larum *m* sedes. ritus *n* familię *o*, patrúmque *p* seruanto.

Qui colendi.

DIVOS, & eos, qui cœlestes semper habiti, colunto, & ollos *q*, quos in cœlum merita *r* vocauerunt, Herculem, Liberum, AEsculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum, ast *s* olla, propter quæ datur homini adcensus in cœlum, Mentem *t*, Virtutem *v*, Pietatem, Fidem *x*, earúmque laudum delubra sunto. Nec vlla vitiorum *y* sacra solemnia obeunto.

Quo tempore colendi.

FERIIS *z* iurgia *a* amouento: eásque in famulis, opetui, *Arnob.* 3. Educam & Potinam appellat August. *de ciuitate* 9 Nonius verò *in Edusa* Edusam & Potinnam, cùm priore, inquit, cibo & potione initiarent pueros, sacrificant, ab edulibus Edusæ, & à potione, Potinnæ nutrices. Fessonia, fessis, *Augustin.* 4. *de ciuit.* 21. Omitto Præstanam, Pandam, Panticam, Pellonam, *Arnob. d. loco* pellendis hostibus. *August.* 4. *de ciuit.* 21. *Arnob.* 4. Fornacem deam, Cacam, Sterculium, qui stercorandi rationem primus induxit. Terminum lapidem informem 1. *Lactãt.* 20. Fluuioniam. Pomonam, Ossipaginam, Februtim, Populoniam, Caprotinam, pales pecorum, Inuus pastorum deus. Rubigo (vnde Robigalia) ne rubigo legetes occupet. Spinienſis, ne spinæ *August.* 4. *de ciuit.* 21. Nocturninus nocti. *Plaut. in Amphyt. Hieronym. aduersus Vigilantium: Martianus Capella de nuptiis:* Vulcanus, igni: pythius, diuinationibus: Aesculapius, morbis præest. Minerua dea memoriæ, quasi Meminerua. Neptunus, ita dictus quòd terram nubat, i. cooperiat. Mercurius, quasi medicurius, & media currens via: Ceres, quòd gerat frumenta: Nouensiles dij, i. nouem musæ: penates, qui in intimis penetralibus cœli, qui & Consentes & Complices, quòd simul oriantur & occidant. Trebiani, euersiores vrbium Summani, summi dij, *Arnob.* 3. minores qui & Semones, quasi hemi hemones, *Varro apud Fulgent.* Grundules lares, Lucrij, Aij, Locutij, *Arnob.* 1 parcæ, nemini parcentes: Manes, i. immanes: Lamiæ, quasi Laniæ 8. *Isidor. vit.* parcellarij, Medioxumi, ollares. Sed iam cohibeo me, plẽnius aliquando de his dicturus. Vide interim Augustini libros de ciuitate. *s* Ex hoc loco satis constat, cultum diis tribui quos merita in cœlum vocarunt: delubra, his propter quæ datur adscensus in cœlum. *t* Lactantius 1. *c.* 2. Mentem inter deos collocauit senatus, quam profecto si habuisset, eiusmodi sacra nunquam suscepisset. Plin 1. *c.* 7. Innumeros credidere, atque etiam ex virtutibus vitiisque hominum, vt pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clemẽtiam, Fidem pœnam & beneficium. *v* *Plinius d. loco: Lactantius d. loco.* Si vitia conseceranda non sunt, ne virtutes quidem. Nec enim per se sapiunt, aut sentiunt: neque inter parietes aut ædiculas luto factas, sed inter pectus collocandæ sunt & in teriùs comprehendendæ, ne sint falsæ, si extra hominem fuerint. *x* *Plinius d. loco.* *y* Meretrices tamen coluerunt Romani, Accam Laurentiam (quæ & Lupa) & Faulam, Herculis scortum *teste Verrio apud Lactantium* 1. *c.* 20. & Lauernam, deam furum. *v. Festum in voce Lauerniones:* plautus *in Cornicularia,* Mihi Lauernæ in furtis celebrassis manus. Horatius, Pulchra Lauerna. da mihi fallere. Ea diua, caput erat sine reliquo corpore *v. Ioseph. Scalig. apud Festum d. loco:* Bellonam, discordias furias *Arnob.* 3. sic apud Athenienses Contumeliæ fanum fuit & Impudentiæ *Cicero hic)* Coluerunt etiam Gentiles interdum bruta, 2. *Plin.* 7. Arnob. 4. Templa felibus, scarabeis & buculis sublimè sunt elata fastigiis. Quale autem illud fuit quod de Mutino legimus? Lactantius. Et Mutianus, in cuius sinu pudendo nubentes præsident, i. inequitant, vt illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur 1. *c.* 20 *Arnob.* 4. *Festus in voce Mutinus, August.* 4. *de ciuit.* 11. & 6. *de ciuit.* 9. Febrim etiam coluerunt, Malam Fortunam *Plin. ibid.* Pauorem & Pallorem Tullus Hostilius figuraiit & coluit. Cloacinæ simulachrum, in cloaca maxima repertum Tatius consecrauit. 1. *Lactant.* 20. Matrimonia inter deos etiam crediderunt: vt & alios canos, alios iuuenes, pueros, claudos, ouo editos, alternis diebus viuẽtes morientéſque adulteria inter ipsos fingebant, iurgia, odia, furta *Plin. d. loco.* *z* Feria à feriendis victimis appellata, *Festus in voce Feria.* Antiqui ferias festas dicebant, *Idem ib.* Harum aliæ, Sementinæ, paganicæ, conceptiuæ. *Varro 5. de lingua: Festus in conceptiua:* Præcidaneæ 4. *Gell.* 6. *in fi.* publicæ, Latinæ *l.* 2. §. 33. *ff. de orig. iuris. Varro 5. de lingua:* denicales, quoties hominis mortui causa, familia purgabatur: νεκὺν. n. Græci mortuum appellant. *Festus in Denicales,* æstiuæ 9. *Gel.* 15. *in pr. l.* 7. *C. de feriis:* compitaliciæ *Festus in conceptiuæ:* vindemiales 16. *Ge.* 4. *l.* 1. *in pr. & fine. l.* 4. *ff. de feriis:* imperiales *l.* 4. *C. de feriis* statæ, quæ certo statutóque tempore obseruarentur, *Festus in voce Feriæ:* quæ fiunt ex more & consuetudine *l.* 7. *ff. de off. proconsul:* quæ & solennes *l.* 26. §. 7. *ff. ex quib. caus. maior. l.* 3. *C. de dilationibus:* quibus opponuntur repentinæ *d. l.* 3. extra ordinem indictæ *d.* § 7. Aliæ sunt sine Festo, vt Nundinæ: cum Festo vt Saturnalia, quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtúque pecorum *Festus in voce Feriæ:* alię sine proprio vocabulo, aliæ cum vocabulo, vt Nouendiales *Varro 5. de lingua.* Statiuæ, vniuersi populi communes. Conceptiuæ à magistratibus, vel sacerdotibus. Conceptæ vt Latinę, paganalia. Sementinæ, Compitalia. Imperatiuæ à consulibus, vel prætoribus. (Hodie imperiales dicuntur, quod à principe indicentur *l.* 4. *C. de feriis)* pro eorum arbitrio indictæ. Nundinæ, sunt pagorum & rusticorum. propriæ, familiarum: vt Claudiæ, Æmiliæ, Iuliæ Corneliæ Singulorum, vt natalium, fulgurúmque susceptiones: item funerum atque expiationum. Apud veteres etiam qui nominasset Salutem, Semoniam Saiam, Segetiam, Tutilianam, ferias obseruabat, Flaminica quoties tonitru audisset, ferias agebat, donec deos placasset. In indictis & conceptis feriis nefas erat quidquam agit: ídque per præconem edicebatur. qui id neglexisset, mulctabatur, & porco piaculum dabat. Non tamen polluebantur feriæ si quis quid egisset ad deos pertinens aut sacrorum causa, aut ad vrgentem vitæ vtilitatem. Ideo non videbatur ferias polluisse, qui adhibitis operis bouem specu liberasset, aut qui trabem tecti fractam fulsisset, quive ouem, scabiei causa, lauasset. *Virg. Georg.* 1, & breuiter, Scæuola consultus quid feriis agi liceret, respondit, quod prætermissum noceret *Macrob.* 1. *Satur.* 16. A feriis feriati dies *l.* 6 *ff. de feriis.* Feriati gemini mensis *C. de feriis.* *a* id est, lites. Iurgare, iure agere. Iurgare enim ab iure dictum, *Varro sexto, de lingua.*

bellorũ refugæ, *d xi ad l.* 4. §. 11. *ff. de re milit.* Agenoria, Stimula, Strenua, Quies. *August. d. loco. adde August.* 4. *de ciuit.* 20. 21. Portunus, in portum tendentib. Consus, consiliis: Flora, floribus præest: Iuno, iuuat partũ: Vnctia, vnctionibus: Victa, victui: Potua, po-

a id est, perfectis. Plautus *in Asinaria.* si hoc patro. Salustius *in Catilin.* incepta patrauissent. Tacitus 2. si patrandæ necі venenum immiteretur. Idem 4. Maluit patrati quàm incepti facinoris reus esse. *adde* 8. *Quintilian.* 3. *b* amfractum ab origine flexum. Lex duodecim tabularum, Viæ latitudo, in amfractum sexdecim pedes. *Varro sexto de lingua: lege* 8. *ff. de seruitutib. rusticor.* Est igitur hîc amfractus, temporis reuolutio. Annus enim statis temporibus in se redit & reuoluitur.

c De diebus aliquid dicendum videtur. Dierum alij, inquit Varro 5. *de lingua*, deorum: alij hominum causa instituti. Alij, vel statuti vel annales. Statuti, vt Carmentalia, Lupercalia, Quirinalia, Feralia (quòd diis inferis ad sepulchra epulas deferrent) Terminalij (quòd in extremis diebus anni, id est, Februarij, sacra fierent) Equitia, ab equorũ cursu: Liberalia, in honorem Liberi patris: Megalensia (in honorem magnæ Deæ) Fordicidia, à fordeis bobus: Carmentalia, Palilia, Cerealia, Vinalia (quæ alia erant à Vinalibus rusticis quæ fiebant ante duodecim Kalend. Septembris) Vestalia (*vide Festum* in voce *Penus*) Neptunalia, Furinalia, Portumnalia, Consualia Volcanalia, Vortumnalia, Fortunalia, Opalia, Angeronalia (alij legunt. Angenoralia) Accalia, seu Laurentalia, Opeconsiua, à diis & deabus ita dicta sunt. Meditrinalia, quod eo die vinum vetus, & nouum degustarent medicamenti causa: Fontinalia, quòd eo die puteos coronarent, & in fontes coronas inijcerent, Lupercalia, *Varro quinto de lingua:* Matralia, *Varro quarto de lingua:* Armilustrum, quòd armati sacra facerent: Tubilustrum, quòd tubæ lustrarentur in foro sutorio: Nonæ Caprotinæ, dies Agonales, Quinquatrus, Sexatrus, Septimatrus, Quinquatrus minusculæ. Fortis-Fortunæ, Populi fugia. Et hæc de statutis diebus quæ in compitis peragebantur. *Festus in Compitalia.* Annales verò, vt Compitalia & Feriæ. Hominum causa dies instituti, Kalendæ, Nonæ, Idus, dies festi, Nefasti, Comitiales, quibus in comitio conueniebant. *Festus in Comitiales.*

d ad dies. Legendum puto, illos ad dies: nisi mauis ἀρχαϊκῶς ollas ad dies.

e id est, cui maioribus, cui lactantibus, cui masculis, cui fœminis. *f* Sacerdotes à sacris dicti *Varro* 4. *de lingua.* Sacerdotum is erat ordo *Fest. in voce Ordo:* 10. *Gell.* 15. Maximus, qui & Rex sacrorum, ea sacra faciebat, quæ facere reges sueuerant. *Fest. in voce Sacrificulus.* Diebus agonalibus arietem in regia immolabat: ferias edicebat. *Varro* 3. *de lingua.* Deinde Dialis id est, Iouis: post hunc Martialis: quarto Quirinalis: quinto Pontifex maximus: eóque ordine in conuiuiis adsidebant. *Festus in voce ordo.* Prætor eos erant Salij, dicti quòd quotannis in comitio facere solebant. Luperci, quòd in lupercali sacrificarent: Fratres aruales, quòd sacra facerent, vt fruges ferrent arua *Varro* 4. *de lingua* erant numero XII. insigne spinea corona & albæ insulæ 6 *Gell.* 7. Sodales Titij à Titiis auibus, quas in auguriis certis obseruare solebant *Varro* 4. *de lingua.* Epulones, quòd epulas Ioui iudicendi potestatem haberent *Festus in voce epulones.* *g* Pontifices, à posse & facere, vel potiùs à ponte faciendo, nam ab his, sublicius factus est primum *Varro* 4. *de lingua.* Penes eos annis fere 100. mansit scientia interpretandi leges XII tabularum *l.* 2. §. 6. *ff. de origine iuris:* & confitendarum religionum *Cicer.* 2. *de legib.* vel vt ibidem legit Lipsius, confide fuendarum, in annales quoque referre, quoties annona cara, aut Lunæ aut Solis defectiones accidissent 2. *Gell.* 28. *in fin.* *h* Flamines, quasi filamines, quòd caput eorum velatum esset & cinctum filo. Singuli cognomin habent ab eo deo cui sacra faciunt. sed partim sunt apetta, partim obscura. aperta vt Martialis, Volcanalis *Varro* 4. *de lingua, & lib.* 6. Quirinalis, obscura, Volturnalis, Palatualis *d. lib.* 4. *lib.* 6. ei deo sacrificabat in cuius tutela palatium esset *Fest. in voce Palatualis*, Furinalis *d. lib.* 4. *lib.* 5. *lib.* 6. Floralis, Falacer, pomonalis, *d. lib.* 4. *d. lib.* 6. Dialis, Iouis Flamen, qui & Diouis, albo galero vtebatur *d. lib.* 4. De Dialis ceremoniis, priuilegiis & authoritate, vide 10. *Gel.* 15. Inter cætera priuilegia, illud singulare, quòd piaculum esset eo die verberari, qui ad verberandum ductus, ad pedes eius supplex procubuisset *Gell. ibid.* Quod clerici & monachi seculo Iustiniani videntur voluisse imitari, & vsurpare *l.* 6. *C. de episcop. audientia.* *i* Vestales à Vesta dicta. Sex fuisse Festus indicat *in voce Sex Veste* qua ex familia, quo ritu, quibus ceremoniis ex caperentur, vide apud Gellium 1. *c.* 12. Inter quæ illud notandum est, quòd Vestalis simul ac in atrium Vestæ deducebatur, ac pontificibus tradita erat, eo statim tempore sine emancipatione, & sine capitis minutione, à patria potestate exiret, & ius testamenti faciendi adipisceretur *Plutarch. in Numa: qua de re dixi ad* 10. *Vlpian.* §. *vltim.* Item, quòd neque hæres esset cuiquam intestato, neque intestatæ quisquam: sed bona eius in publicum redigebantur. *Gel. d. loco.* Victu modico, aliisque priuilegiis honoratas fuisse, vt & ius ex testamento capiendi haberent, constat ex Symmacho *in epistola pro sacris paternis.* Raro iurabant Vestales, nec vmquam, nisi per suam Vestam *Senec.* 6. *controuers.* 8. *k* ideóque dicitur ignis inextinguibilis à Tertulliano 2. *ad vxorem.* & si interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur à Pontifice, *Festus in voce Ignis:* Cuius rei extat exemplum apud Liuium 28. Cur ita ignem obseruarent. vide Plutarchum 7. *symp.* 4. *l* Vesta Græcis ἑστία Cicero 2. *de legib.* Flamma *Ouid.* 6. *Fastor.* Nec tu aliud Vestam quàm viuam intellige flammam Tertullian. 1. *aduersus Marcion.* Mos ille ignis asseruandi ab Ilio deductus *Virgil.* 2. *Aeneid. versic.* 295. 296. Ilienses fortè hunc morem didicerant à Medis & Assyriis, apud quos ignis cultus fuit perenniter, *Plutarch. de facie Lunæ:* vt & apud Ægyptios *Diodor.* 1. *cap.* 2. & Persas *Strabo* 15. *Herodot.* 1. Athenienses, *Pausanias in Attic. c.* 1. Delphos *Plutarch. in tract. εἰ τὸ εἶ.* *m* Mos is fuit, Tabulam fœlicis materiæ tandiu terebrabant, quousque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret *Festus in voce Ignis Vestæ.* Simplicius 3. de cœlo ὅτῳ ξυλῶν δὲ πῖρ ἐπιβάλλεται, θάτερον τοῦ ξυλῶν, ὡς τέτρηται ἐν θατέρῳ κωνοτρόφοντες. Hesychius, ἀχαλκευτα τρύπανα, τὰ φρύγανα τυρῶα. *Scalig. apud Fest. d. loco: adde Alexand. ab Alexandro* 5. *genial.* 15. Quod de fumariolis ignis æterni citatur ex Tertulliano *de pœnitentia.* huc non pertinet, sed ad montem Vesuum. *n* Sacerdotum duo genera, Vnum, eorum qui ceremoniis præerant. Alterum, qui interpretarentur fatidica & vatum effata ceremoniis, id est, placandis diis. *o* Cæremonias & sacra tractare dicuntur, qui ad placandos deos constituti sunt. *p* Interpretes sacrorum. *q* Fatidici, qui futura solent fari. *Varro quinto de lingua.* *r* Antiqui poetas vates appellabat, à vendis versibus *Varro sexto de lingua.* *s* Augures, ab auium garritu. Auguraculum arx, in qua augures publicè auspicabantur, *Festus in voce Augur & Auguraculum.* *t* Auspicium ab aue spicienda. Veteres enim dicebant, Scipio non Aspicio. *Festus in Auspicium.* *v* Vineta, ac vineæ à vite multa. Varro 4. *de lingua*, scribens de oliuetis & vinetis: *Idem* 1. *de re rustic.* 18. *x* Isidorus 17. *cap.* 6. videtur appellare virectum: locum, vbi virgulæ, nouellæ & virentes. Forte apud Isidorum legi oportet virgectum: quod idem est ac virgetum. Veteres enim dumecta dicebant, *Festus in voce Dumeta*, Porrò virgetum ea forma dicitur, qua Pometum apud Sosipatrum, Mythetum apud Seruium: Nucetum apud Tertullianum *lib. aduersus Valentin.* Iuncetum apud Varronem 1. *de re rust.* 8. & alia infinita.

ribus patratis *a*, habento. itaque, vt ita cadat in annuis amfractibus *b*, descriptum esto. certásque fruges, certásque baccas sacerdotes publice libanto: hoc certis sacrificiis, ac diebus *c*. Itémque alios addes *d*, vbertatem lactis, fœtusque seruanto. Idque ne committi possit, ad eam rem, & rationem, cursus annuos sacerdotes finiunto.

Quibus hostis colendi.

QVAESQVE quoque *e* diuo decoræ, gratæque sint hostiæ, prouidento.

De sacerdotibus, Pontificibus & Flaminibus.

DIVISQVE aliis alij sacerdotes *f*, omnibus pontifices *g*, singulis flamines *h* sunto.

De vestalibus.

VIRGINES Vestales *i* in vrbe custodiunto *k* ignem *l* foci publici sempiternum quóque & priuatim, & publicè modo *m*, ritúque fiat, discunto ignari à publicis sacerdotibus.

De sacerdotum officio.

EORVM autem duo *n* genera sunto: vnum *o*, quod præsit cæremoniis, & sacris: alterum, quod interpretetur *p* fatidicorum *q*, & vatum *r* effata incognita, cùm senatus populúsque adsciuerit.

De Auguribus & Aruspicibus.

INTERPRETES autem Iouis optimi maximi, publici augures *s* signis, & auspiciis *t* postea vidento, disciplinam tenento. Sacerdotes vineta *v* virgetásque *x*, & salutem populi arguranto, quique agent rem duelli *y*, quique populare auspicum præmonento: ollique obtemperanto: diuorúmque iras prouidento, iisque parento: cœlique fulgura regionibus ratis *z* temperanto: vrbémque, & agros, & tẽpla liberata *a* & effata *b* habento: quæque augur iniusta, nefasta *c*, vitiosa, dira *d* defixerit *e*, irrita *f* infectáque *g* sunto: quique non paruerit, capitale esto *h*.

De fecialibus.

FOEDERVM *i*, pacis, belli, induciarum, oratores, fetiales *k*, iudices sunto. bella, disceptanto.

De Etruscis & Aruspicibus.

PRODIGIA *l*, portenta ad Etruscos *m*, & haruspices *n* si Senatus iusserit, deferunto: Etruriæque *o* principes disciplinam docento: quibus diuis creuerint, procuranto: iidémque fulgura atque obstita *p* pianto.

De sacris nocturnis.

NOCTVRNA *q* mulierum sacrificia *r* ne sunto *s*, præter olla, quæ pro populo ritè fient. Néve initianto, nisi vt assolet Cereri *t*, Græco *v* sacro.

a id est, effata, elocuta, *Festus in voce Liberata.* *b* idem est quod liberata. *Festus in voce Effata: Varro quinto de lingua.* Effata dicuntur, quòd augures finem auspiciorum cœlestium extra vrbem agris sunt effati. hinc effari Templa dicuntur ab auguribus: ad fatus, qui in his fines sunt: fana, quòd pontifices, in sacrando tati sunt finem. *c* Nefastidies, per quos nefas fari Prætorem *Do, Dico, Addico.* Æquè (legendum est *isque*) non potest agi: & necesse est aliquo eorum vti verbo, cum lege quid per agitur, *Varro* 5. *de lingua: Festus in voce Nefasti.* *d* Dirum, ad Dei iram natum *Festus in Dirus.* Diris deuouere, est deorum iræ. *e* id est, definierit. *f* non ritè facta. *g* Quid si tali die Prætor imprudens verbum emisit, aut quem manumisit? Manumissus liber est, sed vitio: vt magistratus vitio creatus, nihilo secius magistratus. Imprudens qui dixisset, piaculari hostia piari poterat: qui prudens, vt impius non poterat, *Varro* 5. *de lingua.* *h* hinc perspicitur satis, quænam fuerit Augurum potestas. Cicero *hic.* Quid est maius quàm posse comitia tollere, concilia vel institutum dimittere, vel habita rescindere? quid grauiùs quàm rem susceptam dirimi, si vnus augur aliter dixerit, quid magnificentius, quàm posse decernere, vt magistratu se abdicent consules. Quid religiosiùs, quàm cum populo cum plebe agendi ius aut date aut non dare? quid legem, si non rectè rogata est, tollere? Nihil domi, nihil foris per magistratus gestum sine eorum authoritate posse quidquam probari? *i* Feciales, oratores & iudices fœderum pacis, belli, & induciarum, à feriendo dicti: vt apud quos bellipacísque faciendæ ius esset, *Festus ibidem:* vt qui fidei publicæ inter populos præessent, per quos etiam fieret, vt iustum conciperetur bellum. *Varro ibidem.* Porrò, quo ritu, quibúsque verbis Fecialis populo Romano bellum indiceret, vide apud Gellium 16. *cap.* 4. De fecialibus adde Halicarnass. & Plutarchum *in Numa.* *k* Ita legitur apud Festum, *in Fetiales* à Varrone dicuntur, 4. *de lingua.* *l* portenta, quæ quid porro tendatur, indicem *Festus, in Portentum: adde quæ dixi ad leg.* 38. *ff. de verborum significationibus.*

m Nonnulli ita legunt, Hetruria 4. *Gellius* 5. Etruria de cœlo tacta scientissimè animaduertit, eadémque interpretatur, quid quibusdam ostendatur, *Cic. de diuinatione.* Nostrorum Etruscorum disciplinam res ita probauit: *Cicero libro* 2. *de natura.* Auspicium autem primus Etruscis tradidisse dicitur quidem Strages 8. *Isidor.* 9.

n alij ita scribunt Aruspices, *Isidor. d. loco.* 4. *Gel.* 5. Notum est illud Catonis. Mirum esse, quòd non rideat aruspex, cùm haruspicem viderit. Cicero 1. *de Natura.* Quota enim quæque res euenit prædicata ab his? aut ti euenerit quidpiam, quis affirmare potest, cur non casu id euenerit? De perfidia aruspicum *v.* 4. *Gell.* 5. Aruspicina hodie damnata est *l.* 3. *l.* 5. *C. de maleficiis.* Superiorum oblitus Cicero 2 *de Natura.* aruspicinam artem diuinam esse ait. & 2. *de diuinat.* communis reipublicæ causa, communísque religionis colendam eenset. *o* Cicero, Apud maiores inquit nostros Senatus decreuit, vt de principum filiis sex, singulis Etruriæ populis in disciplinam traderentur, ne ars propter tenuitatem hominum à religionis authoritate abduceretur ad mercedem, atque quæstum. *Cicero* 1. *de diuinat.*

p alij legunt ostenta, ab Obstinet antiquo, id est, ostendit, *Fest. in voce. Obstinet.* Sed melius est in ea re sequi Cloatium & Ælium Stilonem, quibus obstitum est idem quod violatum, attactúmque de cœlo *Festus in Obstitum.*

q Vide ea de re triste exemplum apud Liuium 39. Hac etiam facit portij Latronis declamatio contra Catilinam, de cœtibus in vrbe noctu non agitandis.

r Nocturna sacrificia Dionysius videtur appellare, διαπαννυχισμοὺς καὶ ἱεροῖς αἰσχρῶν σιωγωμένοις καὶ τὰς βακχείας καὶ τελετὰς ἀπορρήτους, id est, nocturnas vigilias.

s Concilium Eliberinum ea de causa vetuit nocturnas peruigilationes mulierum in cœmeteriis, quòd multæ, eo prætextu impudicitiæ committerentur. Hinc enim apud Plautum *in Aulularia*, Lycomedes adolescens dicitur Euclionis filiam violasse in Cereris vigiliis. & peuthetus apud Euripidem *in Bacchis.* cùm auditet Orgia noctu celebrari, exclamauit, τοῦ τίς γυναικὸς δλλὴν ἔστι κοὐδόρον, & Eupolis in Baptis, ne mortis quidem piaculo adduci potuit, quominus damnaret nocturna sacrificia Atheniensium quæ Collytia dicebantur. Apud Myoneam vrbem fuerunt etiam, νυκτὸς μαλιχεῖα, nocturna sacra. Magnentius nocturna quædam sactificia instituerat, quæ post ea sublata à Constantino lege 5. *Cod. Theod. de paganis & sacrificiis.* Illud quoque legitur, Tertulliani ætate Christianos noctu conuenisse, sed cum aliàs interdiu ac palam facilè non possent, & tamen eis obiectum, quòd in principis maiestatem coniurarent, quòd infanticidia, quòd Epulæ Thyesteæ, & ad extinctam lucernam incesta, stupra, & illicitæ coniunctiones apud eos fierent, *Tertul.* 9. *Apologet.* obiectum denique quod caput asini & genitalia antistitis ac sacerdotis sui colerent Minutius Fœlix *in Octauio.*

t Eleusinia mysteria intelligit, Horum sacrorum meminit Cicero 1. *de Natura:* Plutarchus *lib. de exilio.* 3. Diodorus 5. & 5. *cap.* 2. pausanias *in Atticis.* Arnobius 7. Lactantius 1. *cap.* 21. Augustinus 7. *de ciuitate* 20. Eleusine non procul ab Athenis 4. *Plinius* 7.

v Sacra enim Eleusinia à Græcis petita *Diodorus dicto loco:* vt & antea ab Ægyptiis *Diodorus* 3. *cap.* 5. Valerius 1. *cap.* 1. *ibi*, *de Cerere placanda.* Cereri (inquit) quam more Græco venerati instituerant sacerdotem à Velleia petierant, ne deæ vetusti ritus deesset Antistes. Candida veste vtebantur in sacris Cereris. Tertullianus *de pallio*, Cur istas non spectas? vel illos item habitus, qui nouitate vestitus religionem mentiuntur, cùm ob cultum omnia *candidatum*, & ob notam vittæ & priuilegium galeri Cereri initiantur? Ouidius *in Metarmophosi*, Festa piæ Cereris celebrabant annua matris, Illa quibus niuea velantur corpora veste,

De exp

a Sacrum commissum, cuius causa homo sacer est: id est, dignus qui iudicetur ob maleficium *vide Festum in voce Sacer.* *b* Cicero id ita interpretatur. Publicus, inquit, sacerdos impudentiam consilij expiatam metu liberet: audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet, atque impiam iudicet. Vbi vereor ne sit legendum, *imprudentiam consilij.* Idque ita vt emendem, adducor authoritate Varronis *quinto de lingua:* Prætor, inquit, qui tũ fatus est, *si imprudens fecit,* piaculari hostia facta piatur: si prudens dixit, Quintus Mucius abnegabat eum expiari, & vt impium non posse dicebat. Exemplum denegatæ expiationis vide apud Zosimũ 2. *c* *Nec,* particula disiunctiua interdũ apud veteres sumitur pro *Non.* Turpillius, Nec rectè dici mihi, iamdudum audio. *vide Festum in voce Nec.* *d* Piare, vnde expiare, est propitium reddere, liberare incommodo atque metu. Hinc Piatrix porta ita dicta, quòd quædam piacula ibi fieri solita. Piatrix sacerdos, expiare solita. Piamenta quibus vtimur in expiando. *Fest. in piatrix.* *e* Hæc ludorum genera fuerunt apud Romanos, Troia, Compitalitij, vel Compitalitia, *Festus in Compitalia,* Consualia in honorem Neptuni, quem & Consum vocabant. *Festus in Consualia: Varro* 5. *de lingua. Tertul.* 1. *de spectaculis.* 2. *Valer.* 1. *ibi, mos ludorum: Plutarchus in vita Romuli:* Megalenses *Festus in Megalesia:* in honorem magnę matris deorum. Apollinares, *Festus in Apollinares: Varro* 5. *de lingua:* & liberales, *Festus in liberalia.* verè scænici, ob fabulas quæ in frondeis tabernaculis edebantur, de quibus hîc agitur. Circenses curriculis fiebant in circo, *Var.* 4. *de lingua.* in honorem Neptuni, vt Cereales in honorem Ceteris: *Varro* 5. *de lingua*, Tauri seu Tauricei, diis inferis consecrati: *Varro* 4. *de lingua: Festus in Tauris.* Capitolini, funebres, votiui, scænici, plebei, seculares qui cẽtesimo quoquo anno *Zosim.* 2. *Iuuenales.* Latiares, Floralis *Tert. d. loco. c.* 2. Apud Græcos ludi nobiles, Pythia Apollini: Olympia Ioui: Nemæa Herculi *Tertul. d. loco. c.* 9. Istmia Neptuno. Minus nobiles, Panionia. Panathenaica in quibus vtriusq. sexus flos per mutua nexis manibus saltabant Pyrrhycam. Ludiones erant nudi (inde Gymnasia, ita cerrarunt Athletæ gymnici *l.* 4. *ff. de his qui notantur:*) aut vestiti aut armati, eorũque opera posita erat in iactu (disci fortè vel iaculi) saltu, cursu (idque pedites vel equites vel curru vecti. Ad id genus exercitationis pertinebant populares *l.* 1 §. 12 *ff. de off. præfect. vrbi.* iuuenes, veteres, *l.* 28. §. 3. *ff. de pœnis:* factiones agitatorum, Veneta, Prasina, Albula, Ruffata, *v. Tertul.* 5. *de spectaculis.* quas Græci δήμους *Nouel.* 17. Latini etiam factionarios *l.* 1. *C. Theodos. de equis:* agitatores *l.* 2. *l.* 4. *C. de spectaculis.* qui aquam equis spargebant, Xystici *l.* 4. *ff. de his qui notant:* vnde Xystarches *Tertul. lib. ad martyres*) Lucta *l.* 7. §. 4. *ff. ad leg. Aquil.* pugna seu pugillatu *l.* 7. §. 4. *ff. ad l. Aquil.* Pugnis addebant interdum cestus, i. lora ceu cingula. Postremo plumbũ assutum fuit tristissimo spectaculo. Pugillatui πυγκοπάστης *l.* 7. §. 4. *ff. ad l. Aquil.* 13. *Gel.* 26. propior, vt qui etiam calcibus, genubus, dentibus abuteretur. Commissæ sunt paulò post inter se feræ, vt & ipsis bestiis homines *l.* 1. §. 6. *ff. qui not. ant. l.* 3. §. 5. *ff. de testib.* &, quod tetrius est, homines hominibus, hinc munus gladiatorium, hinc spectacula *Tertul. d. loco, c.* 10. *Valer.* 2. *c.* 1. *ibi, mos ludorum, v. Lips. de gladiatorib.* quod meritò sublatum est *l.* 1. *C. de gladiatoribus pemit. toll.* Et his quidem ludis motu violento & neruis opus erat: in scenicis minus: vt qui voce, gestu, organis, sonis, &, vt ait Tertullianus *d. loco. c.* 7. litteris transigerentur Hinc mimi, pantomimi *l.* 4. *C. de spectaculis:* archimimi *l.* 25. §. 1. *ff. de oper. libert.* histriones *l.* 5. *C. de spectaculis:* γελοτοποιοὶ *Nouel.* 105. *c.* 1. gesticulatores, thymelici & thymelitæ. *de quibus dixi ad l.* 10. *ff. de pollicitationib.* His accommodata est Satyra, Comœdia, Tragœdia & similia poemata, de quibus Iul. Scaliger 1. *Poetices.* *f* obserua definitionem ludorum scœnicorum. *g* eisque variis sc. *h* Antiquissimum illud est, deóque proximum quod optimum, *Cicero hic.* *i* Gallis Cybeles sacerdotibus singulari priuilegio datum etiam fuit, vt eorum dea Cybelei hæres posset institui. *Vlp.* 22 § 6. *k* quæ & Cybele, magna & deorum mater dicta est: & Pessinuntia, quòd eius simulachrum in agrum Phrygiæ, cui nomen Pessinunti, cœlitus delapsum crederetur. *Ammian* 22. *Herodian.* 1. artifice & materia qua compositum esset ignoratis. Authoritas ex eo comparata, quòd responsum fuerat, auctum iri imperium Romanum, & mansurum, si id Romam transferretur. Itaque, totius ciuitatis vir integerrimus, vt oraculo satisfieret, ad eam rem legatus quæsitus est Scipio, *Cicero quinto de legibus. Liuius* 29. 8. *Valerius* 16. *Ammianus* 22. *lege* 22. *paragr.* 37. *ff. de origine iuris.* Cũmque simulachrum ad Tyberis fauces delatum, nauigium ita substitit, vt nulla vi pop. Rom. certatim trahentis moueretur. Vestalis Claudia stupri accusata petiit à populo Romano, vt iudicium de se Pessinuntiæ Deæ committeretur, quo impetrato zonam recinxit, clarè precata, vt si se virginem esse dea sciret nauim progredi iuberet. Hæc vbi dixisset, ducta nauis, zonámque Vestalis sequi cœpit, *Herodianus ibidem: Tertullianus* 22. *Apologetic. in fine,* quin, maior messis ea ætate, quàm antecedentibus annis decem fuisse traditur, Plinius 18. *cap.* 3. *l* euirati & castrati erant. & à Gallo fluuio Galli dicebantur *Herod.* 1. *Iuuenal. Satyr.* 6: *Festus in voce Galli: Arnob.* 7. *duobus locis:* 1. *Lactant.* 21. *m* de his loquitur ita Arnobius *libro* 7. Mendicantes vicatim deos ducunt, Tertullianus 13. *Apologetic.* Circuit cauponas religio mendicans, exigens mercedem pro solo templi, pro aditu sacri, non licet deos nosse gratis, venales sunt: adde Clementem *in Exhortatione.* *n* de sacrilegio *adde l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 9. *l.* 10 *ff. ad leg. Iul. peculat.* *o* solebant enim Antiqui res suas templis commendare. *Herodianus* 1. *vbi de templo Pacis loquitur l.* 4. *in fin ff. familiæ.* pecunias *Pla. in Aulular.* fabulas *l.* 3. §. 3. *ff. de tabulis exhib.* testamenta *Plutarchus in Antonio. Tacitus* 1. *Annalium,* transactiones publicas *Dion* 48. Extat in lege 10. *in fi. ff. ad legem Iul. peculat.* elegans exemplum eius, qui arculam in templo posuerat, eáque hominem incluserat, vt post clusum templum, de arca exiret resque sacras templo subtraheret. *p* is, sustulerit à Græco κλέπτειν, vel ab antiquo clepsere, vel clepere, vel clapere Varro 6. *de ling.* videtur hoc verbum vsurpari in quadam antiqua Gallorum puerorum Nænia in qua Clope, furem denotat. *q* id est, rapuerit. Rapere, per vim. Clepere, clam auferre. *r* id est, capitale esto. Lex Numæ, Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto. *Fest. in voce Parricida.* De pœna sacrilegi vide Paul. 5. *sent.* 19. *l. vnic. C. de crimin. sacrileg.* *s* Iurisiurandi contempta religio, satis Deum vltorem habet *l.* 2. *C. de rebus credit.* vt negare non possis d. legem 2. ex hoc loco transcriptam. Imitationis causa cuiuis nota. Macrobius 1. *Saturn* 17. In ea, inquit, ferenda (Liciniam intelligit sumptuariam) quæsita est nomine legis authoritas, exolescente metu legis antiquioris. ita Hercules, vt de ipsis x II. tabulis factum est: quas vbi contemni antiquitas cœpit, eadem illa, quæ illis legibus cauebantur, in alia latorum nomina transierunt. *t* de pœna periurij dixi ad *l.* 2. *Cod. de rebus crediti.* *adde l.* 2. *in fin. Cod. de indicta viduitate.* *v* Græci αἴνιγμον, *Fest. in voce Incestus.* Cæterùm, non hîc agitur, meo iudicio, de quouis incestu, sed de incestu Vestalium, qui ad Pontificum audientiam & curam pertinebat.

x Stupri compertæ Vestales, iuxta portam Collinam, viuæ in ædiculam subterraneam defodiebãtur, in eaque lectus stratus & lucerna accensa ponebatur, eorum quoque, quæ ad victum sunt necessaria pauca, vt panis, aqua in ampulla, lac, oleum. Damnatam lecticæ indebant, atque vndique obnubebant, vinciebántque, vt ne vocem quidem emittere, & à quoquam exauditi possit. Posthac per forum deuehebant, procedebántque de via omnes taciti, sine voce, cum ingenti mœstitiã. Vbi ad locum illum ventum esset, apparitores vincula dãnatæ adimebãt. vbi Pontifex quasdam preces arcanas sensis ad cœlum manibus peregisset, damnatam in ædiculam demittebant, quam mox iniecta humo complanabant *Plutar. in Numa: cui adde Liuium lib.* 22. *vbi de Opimio & Floronia.*

y quænam incæsti pœnæ in reliquis fuerint *v. l.* 6. *C. de incestis: Nouel.* 143. & 28. *Eclog.* 4. *c.* ἀεὶ γάμων ἀθεμίτων. *z* Nec bene cœlestes impia dextra colit. *Ouid.* *a* Qua enim mente Deus dona acciperet ab impio, cùm nemo vir bonus ab improbo se donari velit? *Plato apud Ciceronem* 2. *de legib.* *b* Votum, est sponito, qua deo obligamur *Cic. hic.* de votis v. quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. de pollicitationib.* *c* hanc rationem ex Platone adfert Cicero, Terra, inquit, domicilium deorum est, igitur sacra. est autem absurdum iterum idem consecrari. *d* Aurum enim & argentum in vrbibus & priuatis, inuidiosa res est. *Plato apud Ciceronem* 2. *de legib.* Notum est illud Alexandri Seueri, qui in templis nũquam præter quatuor aut quinque argenti libras: auri, ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, sufficiens versum Persij 2. *Satyr.* Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum? *e* Nam ebur ex inani, (vel, vt Lambinus legit, immani) corpore extractum, haud satis castum donum deo. *Plato d. loco.* Item æs atque ferrũ, duelli instrumenta, non sunt *Plato d. loco.* *f* Publica sacra pro populo montibus pagis, curiis, sacellis fiebant publico sumptu. Priuata, pro singulis hominibus & familiis *Fest. in publica sacra* hinc gentilitia sacra *Liuius* 5. feriæ propriæ familiarum 1. *Macrob.* 16. *g* In eadem familia scilicet, & gente. vxores enim in sacris maritorum: liberi, in sacris parentum erant *vide quæ scripsi ad l.* 2. *C. de bon. quæ liber.* Per emancipationem è sacris paternis dimittebantur *v. l.* 13. *C. de legitim. hæredib.* Quæ sacra ne interirent receptum, fuit ea deferri certis gradibus ad eum qui maiore ex parte hæres, legatarius vel alio quoquo titulo honoratus foret vel creditor *Cic. hic.* *h* Interimendorum tamen horum sacrorum causa, iuriconsulti coemptiones, quæ à senib. fierent, excogitarunt *Cic. pro Murena.* idque ita fiebat, Seniores orbi matrimonium per coemptionem contrahebant. quã ratione accidebat, vt eorum vxores sacrorũ sociæ, suæ illis hæredes essent. mortuis senib. vxores alteri nubentes in aliena sacra hæreditatem deferebant, vt eo modo sacra prioris mariti interimerentur. Ea est Hotomani sententia hîc. Alciatus 9. *parer.* 19. putat bona seni admodum vendi, nec ad vlteriores eius hæredes transmitti solita. Prior sententia aptior est & melior. *i* Manes, dij inferi, immanes & mali. atqui Manuum apud veteres idem quod bonum? vtique: sed dij Manes ita dicebantur à suppliciter eos venerantibus, propter metum mortis, quasi boni essent, *Fest. in Manuos.* *k* circa defunctos sc. Dixi *ad l* 28. *in f. ff. de stipulat. seruor.* de ritu sepeliendi. Nunc de sacris mortuorum dicendum. Sacra seu sacrificia, quæ diis manibus fiebant, Inferiæ dicebantur *Fest. in Inferiæ* & Feralia dies stati in quibus ferebantur epulas ad sepulchrum, quibus ibi ius erat parentare. *Varro* 5. *de lingua.* Sacrificia pro defunctis Græcis Χοαὶ, *Plutarch. in Antonio:* Tertullianus 10. *Apologet.* scribit, captiuos nonnunquam & seruos in exequiis immolatos: quoniam animas defunctorum sanguine humano propitiari credebant. quod quia crudele visum fuit, placuit ante sepulchrum quosdam dimicare, qui ob id bustuarij dicti *Seruius in Aenei.* l. sed hoc rarius. Frequentius atras hostias, thuras, salsas fruges, lac, oleum, sanguinem offerebãt, *Arnob.* 7. *aduersus gentes.* In eo etiam differebant sacra inferorum deorum, quòd diis superis tantum libarent: inferis etiam vasa in ignem mitterent, Seruius 8. *Aeneidos,* ad illa verba *fusa crateres oliuo.* Videntur inter cætera ea formula vsi ad defunctos, Resurge tu, comede, & bibe, & lætare, *Epiphan. in Anchorato.* Huc referendæ sunt clausulæ illæ testamentariæ. Quos libertos meos vbi corpus meum positum fuerit, ibi eos morari iubeo, vt per absentiam filiarum mearum ad sacrofagum meum memoriam meam quotannis celebrent *l.* 18 *in fi. ff. de alimen. legat.* Titio relinquo ita vt à monumento meo non recedat *l.* 71. §. 2 ff. *de condit. & demonst.* Eius fideicommitto vti det ex reditu cœnaculi mei, & horrei post obitum, sacerdoti & hierophylaco & libertis qui in illo templo erunt, denaria decem die nundinarum quas ibi imposui *l.* 20: ff. *de annuis.* quo loco videtur intelligere denicales aut nouendiales ferias, seu Nouendial. de quo dixi *ad Nouel.* 115. *cap.* 5. ἔνιαται ὅπερ νεκροῖς ἀγόμενα, quibus diebus fiebant cœnæ funebres, epulæque *Iulius Obsequens.* Et alibi *vt l.* 44. ff. *de manumiss. testament.* Omnes sub hac conditione liberi sunto, vt monumento meo alternis mensibus lucernam accendant, & solennia mortis peragant. *l* id est, intacta. *m* id est, manes. *de quibus* §. *eodem.* *n* legendum puto, *Datis,* vt sit sensus, Manes letho datos diuos esse, id est, mortuis, seu mortuorum deos esse.

o mortuos sc. *p* de luctu mox dicetur. *q* *l.* 3. ff. *de sepulchro: l.* 12. C. *de religiosis: Plutarchus in Arato.* An quia non licet priuato sepulchrum facere in loco publico? non puto. Potest enim publicus locus esse ad eam rem destinatus. Sed & Vestæ virgines etiam in ciuitate sepulchra habuerunt. & quod maius est, viuæ defossæ sunt intra pomerium. Mos etiam fuit antiquis in vrbe sepeliri. Seruius 5. *Aeneidos.* quid, quòd quibusdam datum est virtutis causa post duodecim tabulas, vt in vrbe sepelirentur. vt Publicolæ. vt Tuberto, vt Fabritio? *Cicero hic.* Causa igitur fuit, ne vrbanum cœlum fœdo cadauerum odore infectum, pestem ciuibus, qui spiritum ex eo ducerent, inferret: vel ne (vt illi putabant) sanctum ius municipiorum polluetur *l.* 12. *Cod. de religiosis.* Contraria omnino consuetudo fuit apud Tarentinos, cùm oraculo accepissent futuros beatiores, si cum pluribus habitarent, *Polybius* 8. Exemplo fortè eodem vetitum, ne quis in Apostolico vel Martyrio conderetur *l.* 2. *Cod. de sacrosanct. ecclesiis.* eadem imitatione Synodus Vasensis *c. Præcipiendum* 13. *quæst.* 2. vetuit, Ne quis in Ecclesia sepeliretur, sed tantum in atrio vel porticu vel exhædris Ecclesiæ. *r* de sepulchro illud Plinij notandum est 7. *cap.* 54. Ipsum cremari, inquit, apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum. Vetus certè institutum sepultura, *Arnobius* 8. quo apud Xenophontem Cyrus vtitur, & apud Romanos Numa & gens Corneliæ, *Cicero hic.* vt meritò compos mentis esse negetur, qui hæredem ita instituit, si reliquias eius in mare abiiceret, *l.* 27 *ff. de conditionib. instit.* *s* propter ignis periculum hoc adiectum est: Cicero, Quod ab eodem dicitur, Non qui vratur sepeliri, sed qui humetur, obscurius est, sic interpretor, Finem sepulturæ, vstionem non fuisse, sed humationem: Impropriè sepeliri qui vritur: propriè, qui terra conditur. Aliud est sepultura ab humatione. Sepultus dicitur quoquo modo, humatus terra tantum. *vide quæ scripsi ad leg.* 28. *in fine, ff. de stipulatione seruorum.*

De expiationibus.

SACRVM *a* commissum, quod *b* neque *c* expiari *d* poterit, impie commissum est: quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto.

De ludis.

LVDIS *e* publicis, quod *f* sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, pqpularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto, eámque cum diuũm honore iungunto.

De Ritibus.

EX PATRIIS ritibus *g* optuma *h* colunto. præter *i* Idæa *k* matris famulos *l*, eósque iustis diebus, nequis stipem *m* cogito.

De sacrilegio.

SACRVM *n* sacróve commendatum *o* qui clepserit *p* rapserítque *q*, parricida *r* esto.

De Periurio.

PERIVRII pœna *s* diuina, exitium: humana *t* dedecus.

De incestu.

INCESTVM *v* pontifices supremo *x* supplicio sanciunto *y*.

De Impietate in Deo.

IMPIVS *z* ne *a* audeto placare donis iram deorum.

De votis.

SANCTE vota *b* reddunto. Pœna violati iuris esto. Quocirca ne quis agrum *c* consecrato. auri, argenti *d*, eboris *e* sacrandi modus esto.

De sacris priuatis.

SACRA priuata *f* perpetua *g* manento. *h*

De religiosis & sumptibus funerum.

DEORVM manium *i* iura *k*, sancta *l* sunto. Hos *m* leto datos *n*, diuos habento. Sumptum in ollos *o*, luctúmque *p* minuunto.

HOMINEM mortuum in vrbe *q* ne sepelito *r*, néve vrito *s*.

a Ecquod illud? superius non dixit. Placet nonnullis decurtatam hanc esse sententiam, aut superioris alicuius appendicem. Possis tamen dicere, initium legis fuisse, ac si scriptum esset. Hoc plus ne facito, Plus, inquam, quàm sequenti lege continebitur. Et ita loquitur Iurisconsultus in lege prima *ff. de pactis*, Huius edicti æquitas naturalis est, quanquam edictum de quo loquitur *l. 7. paragr. 7. dicti tituli* continetur.

b id est, ligna, quæ ad rogum faciendum conferuntur. Rogus non est monumentum. Monumentum non exuritur, rogus exuritur, Cùm ascenderet in rogum ardentem, *Cicero primo de diuinatione*. incendo rogum *Plautus in Menechmis*, quanquam etiam in monumentis faciendis, *l. 2. ff. ad legem Falcidiam*: & sepultura, habenda est ratio sumptuum *lege 14. paragr. 6. ff. de religiosis*: *lege 123. ff. de legatis 1. lege vitima in fine. ff. de auro.*

HOC PLVS *a* ne facito. Rogum *b* ascia *c* ne polito *d*.

MVLIERES genas ne radunto *e*, néve lessum *f* funeris ergo habento.

HOMINI *g* mortuo ne ossa legito, quo *h* post funus faciat *i*: néve aurum addito.

SERVILIS vnctura *k* tollatur, omnisque circumpotatio *l*.

NE sumptuosa asperso. *m* *

NEVE longæ *n* coronæ *o*, ne acerræ *p* prætereantur *q*.

CORONAM *r* virtute partam & ei qui peperisset, & eius parenti, sine *s* fraude esse lex impositam iubet.

VT vni plura ‖funera *t* ne‖ fierent, néve lecti plures *v* inferrentur. Néve aurum *x* addito *y*. Vt (legendum *Ast*) quoi auro dentes *z* iuncti (lege *vincti a*) essent *b* (lege *erunt*) astim (legendum *Im c*) cum illo sepeliretur (lege *sepelire*) & ne (lege *vrerétve*) se fraude (lege sine *d* fraude esto.

VTI ne rogum *e* bustúmve *f* nouum propius *g* 60. pedes adiici ædes alienas inuito domino, néve forum *h* sepulchri, bustúmve *i* vsucapi *k* liceret.

FRAGMENTVM quod ex moribus P. Romani præter

Quod adiicit Cicero de tribus riciniis & vinculis purpuræ & decem tibicinibus explicandum est. Ricinij, (Festus recinium scribit) nomine, vestem intelligit, cuius dimidia pars retrorsum iaci poterat, *Varro quarto de lingua*: *Isidorus 19. cap. 25.* vestes etiam non quasuis, sed quæ in luctu sumebantur, *Nonius in Ricinium* quibus interdum corpora defuncti conuoluebant, *Lactantius 1. Inst. 4.* quas, plus tribus, sepulchris condi Solon veruit, *Plutarchus in Solone*. Quanto melius Iurisconsulti dissuadent vllas condi, cùm sit hoc simpliciorum proprium *lege 14. paragr. quinto. ff. de religiosis*. Quod adiicit de vinculis purpuræ, intellige fascias purpureas. húcque pertinet locus Liuij 34. Purpura viri vtemur: nec id vt viui habeant tantum insigne: sed etiam, vt cum eo cremantur mortui. De decem tibicinibus illud notandum. olim Siticines dictos fuisse, quòd apud Sitos, hoc est, vita functos & sepultos canere soliti essent, tuba quadam differente à vetere Tuba proprietate. quos Sicinistas, vulgus: qui rectius loquuti, Sicinnistis dixere. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Siticinibus affines sunt Tubicines, qui tubas Liticines, qui lituo, 20. *Gell. 2. adde Ouidium 6. Fastorum*, Videntur autem Iudæi didicisse quondam hoc genus Siticinij à Gentilibus *Matthæi 9. versiculo 23.*

c id est, delabra.

d ne alioquin & modum excedas, & videaris ædificium potius, quàm rogum construere. Hoc igitur vetat, pyram ex aliis lignis, quàm rudibus & impolitis confici. *e* 11. *Plin. 37.* adde sicubi captiui alicuius aut gladiatoris sanguis effundi non poterit, *Seruius 12. Aeneidos*. Moris enim fuit istiusmodi hominum sanguinem effundi ante sepulchra, vt suprà dixi. Faciebant autem id mulieres, vt, sanguine ostenso, inferis satisfacerent. Cæterum, Radere hîc, significat vnguibus genas dilaniare. *Festus in verbo Radere*. In declamationibus Quintiliani fit mentio mulieris, quæ filium lugens sanguinales lacertos scissúmque, laniatúmque vultum & liuida vbera, ostendit.

f id est. lugubrem eiulationem. Non vestis funebris. vt Sextus Ælius & Lucius Acilius putabant, *Cicero hic*. πένθος ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον, &c. *Lex Solon. apud Plutarchum in Solone: adde Platonem duodecimo de legibus*: Cicero *secundo Tusculanorum*. Eiulatus ne mulieri quidem concessus. & hic nimirum fletus est, quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. Iustinianus lessum veterum vertit in cantum præficarum seu psaltriarum, *Nouel. 59.* Hieronymus in Epistola Paulæ testatur, Christianos in exequiis cecinisse, Alleluia. Quod ad luctum attinet, Paulus 1. *Timoth. 4. versiculo* 13. ita loquitur, Nolim autem, inquit, vos ignorare, fratres, de dormientibus, ἵνα μὴ λυπῆσθε καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Et is quidem lugubris modus videtur ab Ægyptiis acceptus: apud quos lugentes mulieres nudatis mammillis: viri, pectus laniantes plateas oberrabant *Herodot. 2.*

g hominis mortui. *h* Non simpliciter prohibet ossa legi, sed ita legi, vt pòst funus fiat, id est, sumptus in funus. ideóque crediderim pro *funus*, legendum *sumptus*. excepta tamen bellicæ & peregrinæ mortis causa translatione *l. 8. l. 14. §. 4. ff. de religiosis*.

i facias *Hotomanus*. nec malè etiam possis legere *fiat*.

k Quid sit vnctura, audio. quid sit seruilis vnctura, nondum percepi, etiamsi scio in rem domini versum intelligi, si odores & vnguenta seruus emerit, & ad funus erogauerit *l. 7. paragr. 3. ff. de in rem verso*. & inter funeris sumptus vnguenta referri *l. 37. ff. de religiosis*. vt vnctura seruilem dicamus, eam quæ fit seruandorum corporum causa, non video. Vix est enim vt talis vnctura prohiberi debeat.

l Vetus fuit consuetudo à Græcis etiam vsurpata, vt mortuis ad monumenta cibum & potum deferrent. Tertullianus *lib. de testim. animæ* vocas securos mortuos, si quando extra portam cum obsoniis & matiis, tibi potius parentans, ad busta cedis, aut à bustis dilutior redis. In Pandemiis diebus edulia quidem tota exurebant: vina verò libabant, quin mortuum prouocabant his verbis. Resurge, comede, & bibe, & lætare *Epiphan. in Anchorato*. Tertullianus *de resurrectione in principio*. Ego magis ridebo vulgus tunc quoque cùm ipsos defunctos: atrocissimè exurit, quos postmodum gulosissimè nutrit. Genus farciminis quo vtebantur, Latini videntur appellasse silicernium (quibusdam tamen silicernium est πᾶσης ἑστίας δεῖπνον Iuuenalis *Satyra 8.* & Apuleius 4. *Florid.* cœnam feralem vocat) quia is cuius nomine instituebatur, iam silicem cerneret *Fest. in Silicernium*. Gammaros etiam & oua parentalibus atque mortuali isti cœnæ apposuere *Iuuenal. 8.* vt & lentem & salem φακὸς καὶ ἅλας. *Plutarch. in Crasso*. φακὸς καὶ μάζαν. *Appian. in Parth.* id est, lentem & libum, *adde Xiphilinum in Domitiano*. Vas autem quo potio funeraria continebatur, obba. Tertullianus 13. *Apologet.* quid omnino ad honorandos deos facitis, quod non etiam mortuis facitis? quò differt ab epulo Iouis silicernium, à simpulo obba, ab aruspice pollinctor? Nam & aruspex mortuis apparet. Inter hæc etiam pro mortuis orabant & requiem precabantur. Tertullianus *de testimonio animæ*, ossibus & cineribus eius refrigerium comprecaris. & vt bene requiescat apud inferos cupis.

m quidam legunt, respersio. Respersum vinum dicebatur, quod sepulchro spargeretur. Fest. in Respersum.

* hic locus ita legitur apud Ciceronem. mutilus tamen videtur. Festus *in Murrata*, refert XII. tabulis caueri, Ne mortuo murrata potio inderetur. Adiicit Plinius 14. *cap. 12* Numæ regis legem fuisse, *Vino regum ne respergito*, quæ duo optimè conueniunt huic loco. De murrata potione dixi *ad l. 6. §. 1. ff. de tritico*. hoc tantum addidero, Videri mihi genus murratæ potionis translatitium ab Ægyptiis, apud quos murrata potio ex myrrha & aliis quindecim composita, Cyphi dicebatur *Plutarch. in Iside*.

n An quæ totum hominem à vertice ad pedes cingerent, quales fortasse deorum signis imponebant? An potius Lemniscatæ, id est, ex quibus Fasciolæ penderent, *Festus in Lemnisci* quales in ludis & certaminibus dabantur? Coronarum quę athletis dabantur in iure nostro, fit mentio in lege 6. §. 13. *ff. de excus. tutor.* lege 40. *de re iudicata*: lege 1. *C. de athletis*. De coronis adde Gellium 3. c. 6. Tertul. *lib. de corona militis*. De coronis mensarum *v. l. 19. paragr. 14. ff. de auro*.

o Arnobius 8. nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quòd tribuatis exanimi facem, aut non sentienti coronas. Tertullianus *lib. de corona*, Mortuorum est ita coronari. *p* Acerra, arca quæ ante mortuum poni solebat: in qua odores condebantur. alij dicant aeculam thurariam *Fest. in Acetra*.

q quidam legunt *adhibeantur*. *r* Plinius 21. c. 3. Inde inquit, illa XII. Tabularum lex, *Qui coronam parit, ipse pecuniáve eius, virtutis ego arguitur*. Quam serui, equíve, meruissent, pecuniam partam lege dicinemo dubitauit. Quis ergo honos fuit? vt ipsi mortuo parentibúsque eius dum intus positus esset, forísve ferretur, sine fraude esset imposita. Pro *arguitur*, quidam legunt *diuiditor*, legendum videtur *duitor*.

s Exceptio superioris legis. Coronæ longæ mortuis nõ sunt præferendæ: nisi quas virtute

superiora ex XII. Tabulis descripsi ex Cicerone 2. de legibus.

FVNVS vt indicatur, si quid ludorum dominúsve funeris vtatur accenso atque lictoribus.

HONORATORVM virorum laudes in concione memorantur, easque etiam ad cantus tibiarum prosequuntur, cui nomen Næniæ.

EX LIBRO CICERONIS III. DE LEGIBVS.

De Magistratibus maioribus in genere l.

IVsta imperia sunto, iisque ciues modestè, ac sine recusatione parento *m*. Magistratus nec obedientem, & noxium ciuem multa *n*, vinculis *o*, verberibúsque *p* coercento: ni par, maiórve potestas, populúsque prohibessit *q*: ad quos prouocatio esto. Cum magistratus iudicassit, inrogassitve: per *r* populum multæ *s*, pœnæ certatio *t* esto *v*.

De militaribus.

MILITIAE *x* ab eo, qui imperabit *y*, prouocatio

quondam parauerint. *t* nisi fortè diuersis locis quis sepultus est: alibi corpus, alibi caput *l. 44. ff. de religiosis*. potest etiam sepulchrum vno loco fieri, alio monumentum *l. 42. ff. de religiosis*. *v* Apud veteres gloriosum erat pluribus lectis efferri. Sylla 6000. lectorum habuisse dicitur. & Augustus ad honorem Marcelli, sororis suæ Octauiæ filij, lectos intrare ciuitatem iussit. Lego, Constantinopoli in maiore ecclesiæ duos, præ reliquis, lectos maiores fuisse. præter eos vnum deauratum, eorúmque vsum non gratuitum fuisse *Nouel. 59. cap. 9*. *x* Antiqui solebant vna cum mortuo in rogum vel sepulchrum res multas pretiosas coniicere, putà supellectilem *vide Plutarch. in tractat. Epicuri*. Hinc illud legatum, *Volo inferri mihi quodcumque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis & viriolas ex smaragdis*. Quæritur, an hæres, cogatur obtemperare conditioni? responsum est, non cogi *l. vlt. in fi. ff. de auro*. quippe, iniustæ voluntates defunctorum circa sepulturam (veluti si iubeant vestes aut quædam alia superuacua in funus impendi) non valent *l. 113. in fin. ff. de legat. 1.* Lex etiam vetat ornamenta cum corporibus condi *l. 14. paragr. 5. ff. de religiosis*. Plinius certè notat moris fuisse, vt morientibus annuli detraherentur 33 *c. 1.* adde *Sueton. in Tiberio*. *y* funeri scilicet. Lambinus legit *arduito*, hoc est duito, idque ἀρχαικῶς pro dato. Ar pro ad, vt tandem fiat verbum, *addito*. *z* Auro dentes eburneos nonnulli sibi deuinciebant: qualis fuis illa Aegle, de qua Martialis. Sic dentata sibi videtur Aegle, emptis ossibus Indicóque cornu. Mos etiam fuit veteribus trientem in os defuncti, tanquam naulium imponere, quem apud inferos dari pro portorio opinio fuit. Apuleius 6. Sed non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere, sed offas polentæ mulsa concretas ambabus gestare manibus, ac in ipso ore duas ferre stipes. *Et post*. Ergo & inter mortuos auaritia viuit? Iuuenal. *Satyr. 3*. Iam sedet in ripa, terricoque nouitius horret Porthmea, nec spirat cœnosi gurgitis alueum Infœlix, nec habet, quem porrigat ore trientem. adde Alexand. ab Alexandro 3. *Genial. 7*. *a* ita legunt Horomanus, Balduinus & Lambinus. *b* escunt. *Lambin.* veteres enim dixerunt *Escat*, seu *Esit* (quod magis probo, idque propter antiquum vsum literæ S. pro R. Esit pro *erit*. *Fest. in escit*. meam sententiam confirmat Varro 6. *de lingua*. Casmenarum priscum vocabulum, ita natum atque scriptum est. Alibi, Carmenæ, ab eadem origine sunt declinatæ, vt in multis verbis, in quo antiqui dicebant S. postea dicunt R. vt in carmine Saliorum sunt hæc Cosauli, Dolosi, Eso. & alibi Cusiatij, Muses, Ruse, Melios, Fœdesum, Plusima, Asena, Ianitos *hacille*, quibus addi Cupio quædam alia quę scripsi initio huius libri. *c* id est, eum. idque ἀρχαικῶς à nominatiuo Is, *Fest. in Is*.

d Ex particula *Se* fecimus *Sine*, Fest. Se (ita legendum est non *Sed*) pro sine inueniuntur posuisse antiqui. *e* Apparatus mortuorum funus dici solet: extructio lignorum, rogus: subiectio ignis, pyra: crematio cadaueris, bustum: locus, vstrina; operis constructio, sepulchrum: inscriptum nomen memoriáque, monumentum. Publicæ vstrinæ erant in Exquiliis, teste Acrone. vide Iosephum Scaligerum apud Festum *in voce Bustum*. *f* quasi bene vstum. locus in quo mortuus vstus est *Festus*. Cicero vertit τύμβον. *g* Lex etiam vetat mortuum inferri propiùs ædes alienas, quàm intra legitimum spatium *l. 3. paragr. 1. ff. de mortuo inferendo*: *facit lex vlt. ff. fin. regundor*. *h* id est, vestibulum sepulchri *Cicero*: *Festus in voce Forum*: vt eo pacto hæres defuncti iter, aditum, abitum, iúsque accedendi ad sepulchrum habeat *l. 53. ff. de actionibus emptis*: *l. 5. ff. de sepulchro*: *Cicero pro Rosc*.

i Bustum etiam pro sepulchro vsurpatur, quod si discrimen facere liber. Locus in quo mortuus est combustus, vstrina dicitur: in quo & combustus & sepultus, bustum: *Fest. in bustum*. obiter etiam hinc obseruabis, vstrinam aliquando fuisse separatam à sepulchro, interdum coniunctam. *k* Hac in re sepulchris lex prospexit. Quid vendi? *vide l. 9. C. de religiosis*. *l* Transit ad magistratus. Id enim est, quod constituta religione rempublicam contineat maximè. Rectè hîc Cicero magistratum legem loquentem: legem mutum magistratum vocat. *m* *vide l. vnic. si quis ius dicenti non obtemperauerit*: *Nouellam 69. vt omnes obediant iudicibus prouinciarum*. *n* Omnibus magistratibus (non tamen duumuiris) concessum erat iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio: *l. vn. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit*: *adde l. 131. paragr. 1. l. 244. in fi. ff. de verbor. sign*. *o* *l. 9 ff. ex quib. caus. maior. l. 8. paragr. 9. ff. de pœnis*: *adde l. 216 l. 224. ff. de verbor. signific*. *p* ita tamen, vt nemo verberibus necetur, aut virgis interimatur, nec tormentis *d l. 9. paragr. 3*.

q Maior minorem prohibere potest, par, parem prohibere posse non videtur *l. 4. ff. de arbitris*. & tamen hîc habetur magis ratio prohibentis, quàm iubentis. & meritò, id enim præualet in re pari *l. 11. ff. de seruit. rusticor. l. 28. ff. comm. diuidundo* & in publicis iudiciis obtinet *l. 38. ff. de re iudicata*. *adde Fenestellam c. 10. in fin*.

r A magistratibus ad populum prouocabatur, vt eui pœnæ, mulctæque remittendæ ius esset: sic Flacco, Martiali flamini, populus Romanus multam remisit, quam Crassus Pontifex maximus ei, si à sacris discessisset, dixerat *Cicer. XII. in Anton*. Illud est etiam obseruandum, non tantum à magistratibus sed & à regibus ad populum prouocationem fuisse *Cic. 1. de repud. apud Senecam 19. epist. 100*. neque id mirum, cùm iidem reges Quæstores non crearent, sed populus *l. 1. ff. de off. quæstor*. vt meritò suspecta sit sententia legis Regiæ qua dicitur populus ei, & in eum ius omne suum transtulisse. *s* id est, mulctæ pœnæve. *t* Certatio, id est, cognitio suprema Liuius 25. Ducentum milia æris multa Posthumi publicano dicta à Tribunis plebis fuit, cuius certandæ cum dies aduenisset conciliúmque tam frequens adesset &c. *v* additur hîc in quibusdam Codicibus, lex quæ sequitur. *Quodcumque postremum populus iusserit, id ius ratúmque esto*. sed commodius visum est eam in librum sequentem reiicere. *x* puto legendum *militi*.

y de cuius officio *vide l. 12. ff. de re militari*; vtebantur autem nonnunquam vel imperatore, vel consule, vel dictatore.

ne esto:

a puta legati. *b* Militaribus hominibus concessa est iudicandi facultas, *vide legem primam, & tit. Codicis de off. magistrat. milit. lege* 17. *Codice de iudiciis. lege sextam Codice de Iurisdictione*, non tamen omnino legum imperitis, *dicta lege* 17. *in fine*. quos ideo Romani in prouincias mittebant, & ad vtrumque & pacis & belli tempus idoneos, *Nouell.* 24. Constat tamen sæpissimè iudices Romæ non ex doctrina, sed ex casu fieri solitos esse *Plinius* 14. *capite primo*. Minores tamen magistratus de quibus hîc agitur videtur, fuisse quasi adsessores maiorum: & adsessorum exemplo, peritiam iuris in iis requiri, *lege prima. ff. de off. adsess. l.* 2. *ff. quod quisque iur. lege prima Codice de adsessoribus. Nouel.* 82. *in princip.* Pedaneos eodem modo peritos esse oportuit, νόμων καὶ πείρας *Nouel.* 82. *c.* 11. *c in prælia*, ita legitur in quibusdam excusis. alij legunt *in prælio*.

ne esto: quódque is, qui bellum gerat, imperassit, ius ratúmque esto. Minores *a* magistratus, periti iuris *b*, plures prælia *c* sunto. Militiæ *d* quibus iussi erunt imperanto, eorúmque tribuni sunto *e*.

De *magistratibus & Quæstoribus.*

DOMI pecuniam publicam custodiunto *f*.

De *Triumuiris Capitalibus.*

VINCVLA sontium seruanto *g*.

De *Quæstoribus parricidii.*

CAPITALIA *h* vindicanto.

De *triumuiris monetalibus.*

AES *i*, argentum *k*, aurúmve publicè signanto.

De *decemuiris litium.*

LITEIS *l* contractas iudicanto: quodcunque senatus creuerit *m*, agunto.

De *ædilibus.*

SVNTOQVE AEDILES *n* curatores vrbis *o*, annonæ *p*, ludorúmque *q* solemnium: ollisque vel honoris amplioris gradum is primus *r* adsensus esto.

De *Censoribus.*

CENSORES *s*, populi ciuitates *t*, soboles *v*, familias *x*, pecuniásque *y* censento: vrbis *z* templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia *a* tuentor: populique partes in tribus *b* distribuunto: exin pecunias, æuitates, ordines *c* partiunto: equitum *d*, peditúmque *e* prolem describunto: cœlibes *f* esse prohibento: mores *g* populi gregunto: probrum *h* in senatu ne relinquunto: bini *i* sunto: magistratum quinquennium *k* habento: reliqui magistratus *l* annui sunto, eáque potestas semper *m* esto.

Officio Prætor.

IVRIS disceptator, qui priuata *n* iudicet; iudicarive iubeat, prætor *o* esto. is iuris ciuilis custos *p* esto. huic potestati parento. Quotcumque *q* senatus creuerit, populúsque iusserit, tot sunto.

De *Officio Consulis r.*

REGIO *s* imperio duo *t* sunto: iique præeundo *v*; iudicando *x*, consulendo *y*, prætores *z*, iudices *a*, consules, appellantor: militiæ summum *b* ius habento, nemini *c* parento. salus *d* populi suprema *e* lex esto. Eundem magistrum, ni interfuerunt decem anni, ne quis capito. Aeuitatem annali *f* lege seruanto.

De *Dictatore, & Magistro Equitum.*

AST quando duellum *g* grauius *h*, discordiæ *i* ciuium estunto ne amplius sex *k* menses, si senatus creuerit, idem iuris, quod duo consules, tenento, isque aue *l* sini-

d fortè legendum, *milites*. *e* de munere & officio tribuni militaris, *vide legem duodecimam in fine. ff. de re militari. Vegetium* 2. *capite duodecimo: vide epistolam Aureliani ad quendam eius vicarium, apud Vopiscum*. *f* Hoc caput refero ad quæstores, inquirendæ & conseruandæ pecuniæ causa creatos. Etsi scio apud Varronem 4. *de lingua*. nonnihil extare de tribunis ærarij & ære militari, quæ huc non ita malè conuenirent. *g* Hoc etiam caput ad triumuiros capitales refero: vt qui carceris custodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret *l.* 2. §. 30. *ff. de origine iuris*. quos existimo alios fuisse ab iis quibus potestas [illegible] de carcere vel custodia dimittendi *l.* 52. §. 12. *ff. de furtis*. ad eosdem triumuiros capitales refero illud Taciti 5. *Annal*. Tradunt temporis eius authores, quia triumuiris capitalibus supplicio (ita emendo, pro triumuirali supplicio) affici virginem inauditum habebatur, à carnifice, laqueum iuxta, compressam qua lectione nihil apertius. necdum enim probatum animaduerti, Triumuirale supplicium idem esse, quod pœnam laquei. potuíque error ex hac scriptura *triumvirali* pro *triumviris capitalibus*, dimanare. *h* Hunc locum refero ad quæstores parricidij, de quibus *l.* 2. §. 23. *ff. de origine iuris*. vel similes magistratus. Nec enim Consulibus licuit de capite ciuis Romani ius dicere *d* § 23. *i* & hoc etiam caput ad triumuiros monetales, æris (vt inquit Pomponius *d. l.* 30. §. 2.) argenti & auri flatores, aut qui tempore XII. tabularum similem potestatem habuerunt. *k* Legibus XII tabularum hoc constitui non posse præsumptio est ea. Romani ante Seruium Tullium rudi ære vtebantur *Plin.* 33. *cap.* 3. Seruius, primus æs signauit *Plin. d. loco. &* 18. *cap.* 3. Argentum non ante Pyrrhum signatum est: sed annis tantum quinque ante primum bellum Punicum. *Plin.* 32. *cap.* 3. Aurum quo tempore signatum fuerit incertum est, *Plin. d. loco*.

l Hac particula adducor, vt credam hic tractari de decemuiris qui hastæ præsent, quique (vt Pomponius loquitur, *d. l.* 2. §. 29.) in litibus iudicandis olim constituti fuerunt. *m* decreuerit. *n* *d. l.* 2. §. 21. & 26. Aediles curules intelligit. *o* idéóque, ædiles nonnunquam interuenerunt incendiis arcendis *l.* 1. *ff. de off. præf. vig*. *p* Hinc ædilitiæ actiones *C. de ædil. act.* edicta ædilitia *tit. de ædil. ed*. vt hinc facilè intelligas, ecquid Pomponius senserit, dum nobis retulit, Præfectum annonæ & vigilum non magistratus, (i, non perpetuo aut ex legibus XII. tab.) sed extraordinariè & vtilitatis causa fuisse constitutos *l.* 2. §. 33 *ff. de orig. iur*. Ob superiorem causam iidem ædiles de mensuris ius dicebant Iuuen. Satyr. 10. Et de mensura ius dicere, vasa minora Frangere, pannosus vacuis ædilis Vlubris. Qua de re memini quædam me scripsisse *ad l.* 12. *ff. de peric. & com*. *q* & munerum Suet. *in Iulio* 10. *Capitolin. in Gordiano*. Cic. 2. *offic.* vbi adiicit, muros, naualia, portus, aquæductus, & omnia quæ ad vsum reipublicæ pertinent, theatra, porticus, noua templa, impensas meliores ædilium censeri. *r* Ideóque notat Cicero 2. *de officiis*, prætermissionem ædilitatis Mamercio repulsam consulatus attulisse. Solebant enim ædiles auram popularem largitionibus variis demereri. Quod hîc dicitur de ædili, idem etiam tribuitur quæstori, in lege 1 *in fine. ff. de off. quæstor*. *s* *l.* 2. §. 17. *ff. de origine iuris*. Censores inde dicti, quòd tanti quisque res suas æstimaret, quantum illi censuissent *Festus in Censores*. huic magistratui origo fuit, quòd populus diu incensus fuisset nec differri census, neque consulibus, propter bellatiú curæ esse poterat.

t ætates *l.* 3. *ff. de censibus*. *v* liberos. *x* id est seruos *l.* 4. § 5. *ff. de censibus*. *y* agros *dicta l.* 4. *z* Liuius 4. Publicorum ius, priuatorúmque bonorum sub nutu Censorio & arbitrio erat. *a* Liuius 24. Locabant etiam opera publica.

multis equos ademerunt. Idem *libro* 24: & Valerius 2. *cap.* 4. Censores citarunt eos qui post Cannensem pugnam rempublicam deseruissent. his adde quædam alia ex Valerio *dicto loco*. *e* Qui sine iusta missione discesserant à signis milites, Censores ita adigebant: Ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudij Tiberij Sempronij censoris in prouinciam Macedonicam redibis, quod sine dolo malo facere poteris *Liuius* 43.

f de cœlibe quédam dixi ad Vlpianum *capite* 13. & 14. & ad titulum *Codicis de indicta viduitate. & de lege Iulia Miscella tollenda*. & ad titulum *Cod. de infirmandis pœnis cœlibatu*. Hoc tantum addere visum est de Camillo & Posthumo censoribus, qui æra, pœnæ nomine, eos qui ad senectutem cœlibes permansissent, in ærarium deferre iusserunt: iterum puniri dignos, si quo modo de tã iusta sententia querentur. 2. *Vale.* 4. *g* quale illud

b Ab initio tribus (Liuius vocat Curias equitum *libro* 1.) tres fuerunt Tatiensium, Ramnium seu Ramnensium, & Lucerum *Varro* 4 *de lingua*. A tributo, non à tribus populi partibus dictas fuisse Liuius scribit *lib* 1. quin, initio quatuor fuisse Suburranam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam, ita dictas à regionibus vrbis *Liu. ibid.* 18. *Plin.* 3. Ciceronis ætate fuerunt XXXV. *Cic. contra Rullum* quarum nomina, secutus Manutium, visum est vtile studiosis communicare. Æmilia *Cicero ad Atticum* 11: *Liuius* 38. Aniensis *Liuius libro decimo: Cicero* 8. *famil.* Arniensis *Liuius* 6. & 29. *Cicero* 2. *in Rull.* Claudia *Liuius* 11: *Halicarnass* 5. Crustumina *Cicero pro Planco & pro Balbo*. Collina *Varro* 4. *de lingua*: 18. *Plin.* 3. Corneiia *Liuius* 38. Exquilia *Varro* 4. *de lingua*: 18. *Plin.* 3. Fabia. *Horat.* 1. *epist.* 6: *Suetonius in August.* Falerina *Liuius* 9. Galeria *Liuius* 27: *Plinius* 2. Mæcia *Cicero* 4. *ad Atticum. Liuius* 29: 2. *Valer.* 4. Mentina *Cicero* 3. *famil*: *Ioseph.* 13. *histor.* Oufentina *Liuius* 9. Palatina *Varro* 4. *de lingua*: *Cicero* 4. *in Verrem*: *Liuius* 20: 18. *Plinius* 3. Papiria, Papia *vide Manutium*. Poblilia *Liuius* 7. Pollia *Liuius* 29: 2. *Valer.* 4. & 9. *cap.* 10. Pomptina *Cicero* 4 *ad Atticum*: *Liuius* 7. Pupinia *Cicero* 3. *familiarum* 8: *Liuius* 26. Quirina *Cicero pro Quintio*: & 8. *familiar.* Romilia *Varro quarto de lingua. Cicero secundo in Verrem*: 2. *Agraria*: *Seruius Aeneidos*. Sabatina *Liuius* 6. Scaptia *Liuius* 8: *Suetonius in Augusto*. Sergia *Asconius*. Stellatina *Liuius* 6. Suburrana *Varro* 4. *de lingua*: 18. *Plin.* 3. Terentina *Cicero pro Plancio*: & *libro octauo familiar.* Tromentina *Liuius* 6. Velina *Cicero* 4. *ad Atticum & in Bruto*: *Horatius* 1. *epistol.* 6. Voltinia *Cicero pro Plancio*. Vegentina *Cicero dicto loco*. Tribuum etiam aliæ fuerunt Rusticæ, aliæ Vrbanæ. Et hæ quidem illis minus nobiles: vt Suburrana, Palatina, Collina, Exquilia, 18. *Plin.* 3. *c* Tres apud Romanos fuerunt ordines, Senatorius seu Patricius, Equestris & Plebeius. Senatorij ordinis tres etiam gradus postea fuere, clarissimi, spectabiles, & illustres, *dixi ad Nouel.* 7. *in fine*.

d Inter ærarios vnus relatus est ab iisdem Censoribus, qui cùm vbertimus & habilissimus esset, rogatúque quam ob causam equum nimis strigosum haberet, responderat, se à seipso curari, equum à famulo. 4. *Gellius* 20: & 7. *capite vlt.* Liuius 43. In equitibus, inquit, recensendis, tristis admodum & seuera fuit eorum censura,

fuit, Liuius *libro* 4. Censor, inquit, agebat de vxoribus solemne iusiurandum, quúmque verbis conceptis aliquem Censor ita interrogasset, *Et tu ex animi tui sententia vxorem habes? habeo equidem, inquit, sed non ex animi tui sententia*. Tum Censor, quòd intempestiuè lasciuisset, in ærarios retulit. Alterum seueritatis Censorię exemplum fuit in eo qui prope fuit (nisi vitio se oscedinis teneri deiecrasset) vt plecteretur, quod apud Censorem clarè nimis ac securè oscitauisset: ranquam illud vagi animi iudicium foret 4. *Gel.* 20. & 7. *cap. vlt.* *h* Legimus L. Antonium senatu motum quòd quam virginem vxorem duxerat, repudiasset nullo amicorum consilio adhibito 2. *Valer.* 4. & L. Flaminium pariter senatu motum quòd in prouincia quendam damnatum securi percusserat, tempore supplicij ad arbitrium mulierculæ, cuius amore tenebatur, electo: & Ruffinum, quòd decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum: & Duronium, quòd legem de coercendis conuiuiorum sumptibus latam abrogasset 2. *Valer.* 4. Liuius *lib.* 43. senatum censores legerunt, septem è senatu eiecti sunt. adde eundem *lib.* 4. *i* Censores duo. *k* octodecim tantum mensium meminit Liuius *lib.* 10. idque ex lege Æmylia quæ hanc abrogat. *l* vt Consulatus, Prætura. *m* id est, non sit extraordinaria vt Dictatura. *n* de criminibus ac delictis publicis non cognouit. eius etiam authoritatis non erat, creare magistratus, sicuti nec penes eum belli ac pacis ius fuit. Interdicta tamen reddidit de rebus sacris, religiosis ac publicis *l.* 1. *in fi. ff. de interdictis*. hinc illa interdicta, Ne quid in loco sacro fiat. De locis & itineribus publicis: Ne quid in loco publico: De loco publico fruendo. De via publica. De fluminibus. Ne quid in flumine publico: Vt in flumine publico nauigare liceat. De ripa munienda. *o* v. tit. de Officio Prætoris. *p* Iuris etiam ciuilis adiuuandi, emendandi, & supplendi potestas Prætoribus data *l.* 7. *in fi. ff. de iust. & iur.* *q* Plures enim fuêre, vrbanus *l.* 2. *paragr.* 27. *de orig. iur.* peregrinus *d. l.* 2. *paragr.* 28. Sardiniæ, Siciliæ, Hispanię, Gallię Narbonensis, qui de falso, qui de parricidiis, qui de sicariis, qui de veneficiis, duo frumentarij & ita XII. aliquando fuere. Augustus XVI. Prætores constituit, quibus duos Claudius adiecit qui de fideicommisso ius dicerent, ex queis Nerua vnum detraxit alio subrogato, qui inter fiscum & priuatos ius diceret. Ad hunc modum XVIII. Prætores fuere *d. l.* 2 *paragr.* 32. quinqueuiri Cistiberes & Vltiberes, i. cis & vls Tiberim cõstituti, quasi Prætorum vicarij *d. l.* 2. *paragr.* 31. & 33. *in f.* Et hęc quidem Romæ. Constantinopoli verò, tres Prætores fuerunt ab initio *l.* 3. *C. de episc. audien. l. vlt. C. de offic. Prætoris*. Flauialis, Constantinianus, Triumphalis. Succedaneis quidem temporibus, interdum quatuor, interdum quinque, interdum octo fuere, Constantinianus, Constantianus, Theodosius, Arcadius, Triumphalis, Augustalis, Romanus, Laureatus vt *dixi ad d. l. vlt.* *r* *v. ff. de officio Consulis*. *s* Consules regio fuerunt imperio. in his tamẽ regium imperium paulò imminutum, quòd duo, quòd annui essent, quod statis tantum festis ac pompis & honoris Deorum gratia, sceptra, coronas aureas & purpuram vsurparent *Halicarn.* 3. *Fenestel.* 7. Regij Imperij vestigium fuit, sella eburnea in qua sedentes ius reddebant. quódque prætexta candida vterentur, quòd XII. lictores, totidem secures ante eos præferrent. *t* à Lacedæmoniis mos hic vsurpatus *Halicar.* 4. spectabant & aliud Romani, hoc scilicet, minus iniuriosos fore & molestos diuisa potestate. *v* inde Prætores etiam dicti *Ibidem*. *x* constat Consules initio, ante constitutos Prætores, ius in ciuitate reddidisse *l.* 29. *paragr.* 29. *ff. de origine* præterquàm in causis criminalibus *d. l.* 2. §. 23. Apud eosdem manumissiones expeditas fuisse constat *l. vn. ff. de officio Consul.* *y* vel quòd Reipublicæ *Fenest. c.* 7. vel quòd senatum, populúmq. consulerent *Var.* 4. *de lingua* vt inde lex fieret vel senatusconsultum, nisi illinc potius deriuemus vnde Actius ait *apud eundem Varronem d. loco*. Qui rectè consulat, consul fiat. videtur etiam Cincius *libro de Consulis potestate* apud Festum *in voce Prætor ad portum* opinari Consules dictos, quòd populos Latinos consulere soliti essent & imperium communi consilio administrare. *z* Festus *in Prætoria porta*. Initio Prætores erant, qui nunc Consules, iique bella administrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium. hinc Prætoria porta, qua exercitus in prælium educebatur *Fest. ibi*. Prętoria cohors, quæ à Prætore non discedebat *Festus in Prætoria cohors*. *a* à iudicando *vt* 3. *eod.* *b* ita vt eo tempore miles ab eorum sententia appellare non possit 3. *capite de magistrat.* *c* nisi populo. *d* hoc innuit, Populi salutem omnibus rebus anteponi, à qua sententia nũquam boni principales abhorruere. Capitolinus *in M. Antonino*. fisco, inquit, in causis compendij, nũquam iudicans fuit *adde Nou.* 149. *in f.* & 161. *in fi.* *e* i. vltima. Est enim supremus post quem nullus, quem nemo sequitur *l.* 34 *ff. de vulgari*: *l.* 9. *ff. de reb. dub. l.* 92. *ff. de verb. sign.* *f* quæ & Annaria *Festus in Annaria*. Annaria lex dicebatur ab antiquis, qua magistratus erant annui. fuerũt & aliæ leges annales quibus cauebatur, quo ætatis suæ anno quisq. magistratum posset adipisci. Gerebatur ædilitas curulis anno XXXVII. biennio pòst. Prætura: *Cic. epist. ad Furniũ*. Consulatus anno XLIII. quibus tamen legib. nonnulli, virtutis causa, interdũ soluebãtur *v. Paul. Manucium lib. de legib.* *g* i. bellum ita dicitur, quod sit quasi duorum se contendentium conflictus. inde Duellona Bellona *Var.* 4. *de ling. Fest. in Duel.* duidens hostia, bidens. *Fest. in duidens*. Duonum, bonum, *Idem in Duonum*. Duellum etiam dicebatur perduellũ *Var.* 6. *de ling.* vnde perduellis *Fest. in Duel. l.* 134. *ff. de ver. sign.* *h* *v. l.* 2. §. 14. *ff de orig. iur.* *i* hinc legimus apud Liu. 2. Coniuratione detectã XXX. populorũ vel vt Fenest. ait XL. Dictatoris primã mentionẽ ortã fuisse credũt nõnullis asserẽtib. T. Largium primũ dictatorẽ. Spurium Cassium Magistrũ equitum creatos *Fenest.* 8. *Halic.* 5. *k* *d.* § 18. *l. vn. C. de off. Præf. Præt.* *l* i. auspicatò 1. *Valer.* 1. *de quo mox etiã dicã*. Illud addẽdũ, moris ẽt fuisse dictatorẽ noctu sub silẽtio dici, Lig.

a Auis sinistra, non est mala. sinistra seu scæua auspicia, bona auspicia existimantur. scæuum omen, bonum omen. *Var. 6. de lingua*, sinistrum. n. in auspicando significare ait. Atteius Capito, lætum & prospetum auspicium *Festus in Sinistrum*. Causa vanitatis inde fuit: crediderunt augures, quòd homine in meridiem (quæ deorum sedes ab iisdem existimabatur) spectante, ad sinistram eius, partes mundi exorientes sint, ad dextram occidentes. Inde, sinistra auspicia, fausta dici, quòd ea quæ oriantur, quæque ortus causam tribuit, meliora sint iis quæ occidunt, quæve interitum rei demonstrant. *vide Festum in sinistræ aues.* Partes exorientes ibi intelligi puto solē ipsum aut orientem, non ipsas stellas quæ nobis nunquam occidunt, & quæ ab Astrologis perpetuæ apparitionis dicuntur. sed quàm vana sit augurum & aruspicum opinio, satis ostendit contraria Ægyptiorum sententia, vt qui existimarent, Anticas mundi partes esse in Occidente, anticas in Oriente, dextras in Septentrione, sinistras in meridie *vide Plutarchum in Iside: adde Cœlium Rhodiginum 1 Lect. 10. vbi explicat quæ sint in mundo Antica & Postica.* *b* Varro 4. de lingua. Dictator quod à Consule dicebatur, cui [legendum cuius] dicto omnes audientes essent Consule, inquam, vel vt Dionysius ait *lib. 4.* à collega: vt alter Consulum alterum nominasse videatur *Halicarnassi ibidem.* *c* Varro 5. *de lingua* Dictator, magister populi, quòd Is à consule debeat dici. *Et paulò post*, magister populi eiiam dicitur. Dictatoris fortè appellatio, sumpta ab Albanis, apud quos magistratus annui dictatores vocabantur *Halicarnass. 5. Fenest. 8.* *d* non improbarem, si quis ita legeret, Equites qui regat habeto. *e* creato. Nam magister equitum à dictatore creabatur *Halicarnass. 5.* *f* Imò plus iuris. A consulibus prouocatio erat ad populum *l. 2. §. 16. de origine iuris.* à dictatoribus non fuit *d. l. 2. §. 18.* Consulibus nulla capitis animaduersio *d. §. 16. & §. 23. ibidem.* dictatoribus fuit *d. §. 18.* his omissis puto id significari, Inter cætera dictatoris munera illud quoque adnumerari, vt magistrum equitum sibi crearet. *g* id est, eodem tempore creatum. Alioquin, absurdum fuerit ius, de quo hîc agitur, referre ad magistri equitum potestatem, cùm inæqualis fuerit potestas dictatoris & magistri equitum. Eodem tempore dixi. Nullus enim dictator fuit absque magistro equitum *Halicarnass. 5.* solebátque magister equitum dictatori adiungi: quo modo Regibus, Tribunus Celerum *l. 2. §. 19. ff. de origine iuris. Fenest. 9.* & succedaneis temporibus præfecti prætorio, Imperatori *l. vn. Cod. de off. præf. & prætor.* Possis etiam iuris vocabulo intelligere auspicia, nam magister equitum non sine auspiciis lectus fuit. Idque ex eo constat, quòd sonicis occentus auditus Fabio Maximo dictaturam, & Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit 3. *Valer. 1.* vsque adeo tributum à veteribus fuit sonicis occentur *Plutarch. in Marcel. 8. Plin. 57.* *h* Iuris disceptator, Prætor. *de off. prætor.* quasi id innuat Magistrum equitum dictatori loco fuisse prætoris. & quidem legimus, in omnes milites & accensos, ius summum militare magistris adrributum. Fenestella 9.

i consulatus est. quidam ita legunt, malè vt opinor. De vera huius loci lectione mox dicam. *k* magister populi. quidam etiam ita legunt, & malè. Puto hunc locum corruptum esse & ita restitui posse. Aut quando consuli reipubl. opus est, magistratúve populi, &c, neque quidquam à veritate historiæ alienum comminiscur. Testatur enim Plutarchus, moris fuisse, vt cum Dictator eligeretur, omnes magistratus deponerentur, excepto tribuno plebis *Plutarch. in Fabio.*

l quidam ita legunt, Reipublicæ auspicia. *m* quasi auispicia. *n* Plebs postea ad consulatum admissa fuit *l. 2. §. 26. ff. de origine iuris.* *o* ceari. *p* i bella.

q Iustum bellum dicimus, non tantum quod publicè decretum est *l. 24. ff. de captiuis. l. 118 ff. de verborum significat.* sed cum ita suscipitur, vt nihil nisi pax quæsita videatur. Cicero 1. *offic.* Iusta sunt etiam ea bella quæ Deus iubet, in quibus ductor exercitus vel ipse populus, non tam auctor belli quàm minister iudicandus. *August. lib. 6. quæst. super Iohannem.* *r* non excludit dolum, qui aduersus hostem bonus esse dicitur *l. 1. §. 3. ff. de dolo.* *s* hinc illud, Parcere subiectis & debellare superbos. Idem à præsidibus requirit Iuuenalis 8. miserere, inquit, inopum sociorum.

t hac occasione permoti imperatores, ob leuissima prælia triumphos sibi decerni postulabant: quibus vt occurreretur, lege cautum fuit, *Ne quis triumpharet, nisi quinque millia hostium vna acie cecidisset.* Eique legi rursus ne fraus fieret, altera lege cautum fuit, *Ne quis hostium occisorum falsum numerum senatui referret, iussis imperatoribus, cùm primùm vrbem intrassent, apud quæstores vrbanos iurare de numero occisorum 2. Valer. 5.* Coronæ in eum finem dabantur. Triumphales (initio laureæ fuerunt, postremo vna littera dempta aureæ) imperatoribus dabantur, ídque vulgo dicitur aurum coronatum. Obsidionalis quæ & graminea, quam dabant ij qui obsidione liberati erant ei duci qui liberasset. Ciuica ex quercu vel ilice facta, ea appellabatur, quam ciuis ciui, à quo seruatus esset in prælio, testem vitæ, salutísque perceptæ daret. Muralem dabat imperator militi qui primus murum ascendisset: vt Castrensem, ei qui primus in castra hostium impetum fecisset: vt & Naualem, ei qui primus in hostium nauem vi armatus transilisset. Hæ tres coronæ fiebant ex auro. Oualis (quæ ex Myrto) vtebantur imperatores, qui ouantes vrbem introibant. Ouandi causa erat, cùm aut bella non vitè indicta, neque cum iusto hoste, aut hostium nomen humile, aut deditio repente facta. Oleagina vtebantur qui in prælio non fuerant, qui tamen triumphum procurabant 5. *Gel. 6.*

u de ea re dixi ad *l. 14. ff. de legationib.* *x* De tribunis plebis *v. l. 2. §. 20. ff. de origine iuris.* *y* Plebs, cæteri ciues à senatoribus *l. 238. ff. de verborum significat.*

z senatorum scilicet & patrum. *a* Prima secessione duo tantum fuere. Liuius 2. alia secessione tres additi, mox quinque: & ita decem *Fenestel. 10.* nonnunquam viginti *l. 2. §. 25 ff. de origine iuris.* quod vix est vt credi possit. *b* De tribunis plebis. *c* id est obnuntiarint, intercesserint. *Gell. 13. cap. 12.* Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non iuri dicundo, nec querelis de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus præsentes fuissent. & Fenestella refert, patrum decreta prius rata non fuisse, quàm si tribuni ea approbassent. Illud mirum est, tantæ potestatis viros, prehensionem quidem habuisse, vocationem in ius non habuisse, qua de re vide 13. *Gel. 12.* *d* Liuius 2. Agi de concordia cœptum, concessúmque in conditiones, vt plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilij latio aduersus consules esset, néve cui patrum eum magistratum capere liceret. Eadem extant apud Halicarnasseum 6. *e* Hoc igitur innuit, Plebi Romanæ vtiles fuisse tribunos plebis. In municipiis, tribunorum vicem sustinuerunt defensores ciuitatum. de quibus vide *Novel. 15.* Quod ad tribunos plebis attinet, Cicero 3. *de legibus.* Tribunitiam potestatem pestiferam vocat, vt quæ in seditione & ad seditionem nata sit. ídque euidenter etiam Tyberij Grachi tribunatum ostendisse: & Curiatij hominis infimi, à quo D. Brutus & P. Scipio in vincula conjecti. Idem quoque perspectum in Caij Gracchi & Saturnini tribunatu. Syllam rectè constituisse, vt tribunis plebis iniuriæ faciendæ potestas adimeretur, auxilium ferendi relinqueretur. *f* nisi dimouerit Ciceronis in hunc locum interpretatio, putarem legendum esse *Senatores*, perinde ac si lex hoc velle videretur, Senatores auspicatò eligi, iudicandi potestatem penes eos esse, éxque his senatum fieri. nec enim ita propriè quis dixerit, Senatum ex prætoribus atque ex senatoribus fieri, & vt paucis dicam. Nemo non videt agi hoc capite de senatu atque senatoribus, non de prætoribus. *g* Non videntur magistratus electi, numine inconsulto. *h* id est, potestatem iudicandi.

i Coniungenda est hæc sententia superiori capiti, de magistratibus, *Ni* par magistratus potestásve populúsve prohibessit. Varro 4. *epistol. ad Oppium, teste Gellio 14. cap. 7.* Intercedendi ne senatusconsultum fieret ius fuit iis solis, qui eadem potestate, qua ij qui senatusconsultum facere vellent, maioréve essent. Hæc ille. Intercedere tamen proprium tribunorum fuit. Notandum est, quod superiore loco scribit idem Varro, Dictatores, Consules, Prætores, Tribunoplebis, Interregem, Præfectum vrbi, & extraordinario iure Tribunos militares, qui pro consulibus fuissent, Decemuiros, quibus tum imperium consulare esset, item Triumuiros reipublicæ constituendæ causa creatos, ius consulendi senatum eo ordine habuisse.

k hinc illud §. *capite de Censoribus.* Probrum in senatu ne relinquito.

l Quales enim summi ciuitatis viri fuerint, talis ciuitas erit. Claudianus, Nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

m id est, ferentur.

n Suffragia ab initio palam & voce ferebantur à populo. Sed quoniam intererat populi (propter potentiores) voluntatem in iudiciis tegere. latæ sunt quatuor leges tabellariæ. Gabinia, qua populo potestas facta est suffragia ferendi per tabellam, quoties ageretur de magistratu alicui demandando. Cassia, quoties ageretur de capite fortunísque ciuium, excepto perduellionis crimine. Papiria, quoties de iubendis ac vetandis legibus ageretur. Cœlia, in perduellionis etiam crimine tabellam pupulo dedit, quod lex Cassia exceperat. His de causis Cicero *in Agraria 2. & lib. 3. de legibus*, tabellam appellat vindicem tacitæ libertatis: & in Oratione pro Cornelio, principium institutæ libertatis Cassiam legem appellat. Et tamen nostra lege suffragia populi, optimatibus nota esse iubet, Si nota non igitur libera? Cicero hanc legem tabellariam vt non omnino probat, ita penitus non improbat. Improbat, quia bonorum interest, scire quid quisque sentiat, quam voluntatem tabella occultat. ideóque magis grauiora iudicia de potentissimis hominibus extare voce, quàm tabella: minus multos tabella condemnatos, quam voce. Probat verò, quoties ambitio locum habet, & ea tamen conditione, vt quisque optimo & grauissimo ciui tabellam offerat. Quod de lege Mariana adiicit, quæ fecit pontes angustos. Pontium nomine intelligo mensas, quibus suffragiorum cistæ imponebantur: quarum mentionem facit author *ad Herennium*, & Suetonius *in Iulio.* Vt ad libera populi suffragia reuertar, C. Cæsar ea sustulit, Augustus restituit, quod diu non mansit. Hinc fit vt Modestinus in *l. 1. ff. de ambitu*, dicat legem de ambitu in vrbe suis cessasse temporibus, quia tunc ad principis curam magistratus creatio pertinebat: & Iuuenalis *Satyr. 10.* Iampridem ex quo suffragia nulli vendimus.

o *l. 2. §. 22. ff. de origine iuris: l. 1. ff. de quæstoris.*

p Aerarij tribuni, ab ære dando dicti *Fest. in Aerarij.*

q *vide 14. Gel. 7.*

r Magister populi, dictator *vt* §. *cap. de dictatore.*

s iidem.

t censuerint: Ferunto *Lambinus.* quod œsus erit *Lipsius 2. epistola 2.* œsus, ἀρχαικῶς pro vsus. sic apud veteres Coerare pro curare, & coeratio pro Curatio.

v modesta.

x Multæ dicebantur senatori qui cum in senatum venire deberet, non adesset, Varro apud Gellium 14. *cap. 7.*

y id est rogatus, *Cicero.*

z id est, ne sit infinitus. Nam breuitas non modo senatori, sed etiam oratori magna laus est, *Cicero hic.* Veritatis sermo simplex. Ammianus 14. & alibi, Tunc laudanda breuitas, cùm nihil detrahit cognitioni iustorum. hinc rescriptum est, Breuitate non minui fidem chirographi *l. 13. C. de donationibus.*

a Senatori, necessarium est, nosse rempublicam: putà, quot habeat militum, quid valeat ærario, quos socios habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, conditione, fœdere, tenore, consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum *Cic.*

b Nihil est enim tam exitiosum ciuitati, nihil tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quàm composita & constituta republica, quidquam agi per vim

c Quod pars maior ciuium fecerit, omnes fecisse videntur.

d turbassit, turbasserit. Nemo causam quærat seditionis agendo. hinc vetitum. Ne quis turbis coadunatis de fide disputaret, ex eo tumultus & perfidiæ occasionem requirens *l. 4. C. de summa trinitate.* Puniri etiam lex iubet, qui turbulentis se adclamationibus populi adcommodant *l. 28. §. 3. ff. de pœnis*: vt & auctores seditionis & tumultus *l. 38. §. 2. ff. de pœnis.*

e lex id innuit, intercessori deferēdum. Impediri enim bonam rem meliùs, quàm concedi malam *Cicero.*

f Leges promulgatæ in ærario condebantur. *Sueton. in Iulio*, vt & Senatusconsulta.

a dictus *b* populi magister *c* esto.

Æquitatem *d* quicumque regat, habeto *e* pari *f* iure cum *g* eo, quicumque erit iuris disceptator *h*. Aut quando consulis *i* est, magistratúve *k* populi, reliqui magistratus ne sunto *l*.

De Auspiciis, & authoritate Senatus.

Auspicia *m* patrum sunto: ollíque ex *n* se produnto, qui comitiis creare *o* consules rite possint.

Imperia, potestates, legationes, cùm Senatus creuerit, populúsve iusserit, ex vrbe exeunto.

De re militari.

Duella *p* iusta *q* iuste *r* gerunto: sociis *s* parcunto: se, & seruos continento: populi sui gloriam augento: domum cum *t* laude redeunto: rei suæ *v* ergo ne quis legatus esto.

De Tribunis plebis x.

Plebes *y* quos pro se contra vim *z*, auxilij ergò, decem *a* creassit, tribuni *b* eius sunto: quódque ij prohibessint *c*, quodque plebem rogassint, ratum esto: sanctique *d* sunto: néve plebem orbam *e* tribunis relinquunto.

De Senatoribus & Senatusconsultis.

Omnes *f* magistratus auspicium *g*, iudiciúmque *h* habento: éque his senatus esto: eius decreta, rata sunto. ast ni potestas par, maiórve *i* prohibessit. S. C. perscripta seruanto. Is ordo vitio *k* vacato: cæteris specimen *l* esto.

De Suffragiis & creatione magistratuum.

Creatio magistratuum, iudicia, populi iussa, vetita, cum suffragio conscíscentur *m*, optimatibus nota, plebi libera *n* sunto.

De quæstoribus o.

At si quid erit, quod extra magistratus cohærario *p* æsusslit, qui cohæret, populus creato, eique ius coercendi dato.

De iure Populi & senatus.

Cum *q* populo, patribúsque agendi ius esto consuli, prætori, magistro populi *r*, equitúmque, eique, quem produnt, patres consulum rogandorum ergo: tribunísque, quos sibi plebs rogassit, ius esto cum patribus agendi: idem *s*, ad plebem, quod census *t* erit, ferunto. Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, modica *v* sunto. Senatori, qui nec *x* adierit, aut causa, aut culpa esto. Loco *y* senator, & modo *z* orato: causas *a* populi teneto. Vis *b* in populo abesto. Par, maiórve potestas plus *c* valeto. Ast qui turbassitur *d* in agendo, fraus auctoris esto. Intercessor rei malæ, salutaris *e* cuiue esto. Qui agent, auspicia seruanto: auguri publico parento: promulgata, proposita, in ærario *f* cognita, agunto: nec plus, quam de singulis rebus semel consulunto: rem populum docēto: doceri à magistratibus, priuatisq.

patiuntor,

a Hæc lex non tollit priuilegia certis personis aut corporibus data, sed negat legem de vna tantum persona concipi posse, in omnia tempora. Quintilianus declamat. 154. In præsens tempus ferri de singulis leges possunt, vt de Menandro *l.5. in fi. ff. de captiuis.* de Hostilio, Mancino *l. vlt. ff. de legation. adde Cuiac. obs. 8.* *b* Cicero *pro domo.* Vetant XII. Leges priuatis hominibus irrogari. Cicero *pro Sextio.* XII. tabulis sancitum, vt neque priuilegium irrogari liceret. Idem in Solonis legibus fuisse cautum Æneas Gazæus scribit *in Theophrasto* his verbis: ὁ ὡῷ τὸ Σόλωνος ἐκ ἐᾶ νόμον ὅτι αὐδρὶ πδένα. ἀλλὰ ἢ τὸν αὐτὸν ὅτι πᾶσιν αὐθρώποις τιθεθαι. Idem institutum fuit apud Athenienses, ne scilicet lex vlla ferretur, nisi in eas Athenienses conuenissent non minus 6000. *Demosth. contra Timocratem.* Huc illud referri potest, Iura non in singulas personas, sed generaliter constitui *l.8. ff. de legib.* à iudicibus generaliter constitutiones obseruari *l. vlt. C. si contra ius.* *c* Cicero *pro Sextio*: XII. tabulis sancitum est, vt non liceret de capite, nisi comitiis centuriatis rogari & *post*, de capite non modo ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi comitiis centuriatis. *d* & meritò. Nam vniuersi populi grauius est iudicium, quàm partiti: descriptúsque populus censu ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilij, quam fusè in tribus conuocatus. *e* Maximus comitiatus, centuriata comitia. *f* Gellius 20. *c.1* Nisi doram esse legem putas, qua iudex, arbitérque iure datus qui ob rem dicendam, pecuniam accepisse conuictus est, capite punitur *v. l.6. §.3 ff. de off. proconf. l.18. ff. de off. præsid. Nouel. 8. c.1. & 17. c.1. l.1. l.2. C. de pœna iud. l.7. C. quando prouoc. non est necess. l. vlt. C. ad l. Iul. repetun.* hinc venales sententiæ ipso iure nullæ *d. l.7. d. l.15. ff. de iudiciis Plato 8. de legibus.* *g* per se vel per alios: quod tamen moderatum est. moderatio plausibilis videtur, κτε πάν τι, κτε πάντοτε, κτε παρὰ πάντων, i. A nemine inhumanum: passim vilissimum ab omnib. vero accipere auarissimũ est *l.6. §.3 ff. de off. proconf.* Altera moderatio fuit, permitti præsidibus accipere esculentum, potulentúmq. quod intra dies paucos prodigeretur *l.18. ff. de off. præsid.* *h l.1. in fi. ff. ad l. Iul. de amb.* *i* obseruanda sunt hæc tria tempora. *k* i. quisquis has leges contempserit, aut neglexerit. *l* facit *l.2. §.13. ff. de origine. Nouel. 26. §.1. Nouel. 133. c.4. Nouel. 161.* Sic apud Græcos fuerunt νομοφύλακες. *m* priuati. sensus est, eos qui magistratu abierint, cogi apud censores edere & exprimere quid in magistratu gesserint. *v. quæ scripsi ad Nouel. 8. c.6.* *n* i necante renda, néve gesta potestate. Quod quis earum rerum migrassit *k*, noxiæ pœna par esto. Censores fide legem custodiunto *l.* Priuata *m* adeos acta referunto: nec eo *n* magis lege liberi sunto.

FRAGMENTA LEGVM XII. TABVLARVM
AD PANDECTARVM ET CODICIS seriem adcommodata.

De Legibus.

TIT. I.

1. Iura non in singulas personas sed generaliter constitui *l.8. de legibus.*

PRIVILEGIA *a ne irroganto* hæc Cicero 3. *de legibus. Idem pro Sestio.* Cur, cùm XII. Tabulis sancitum esset, *vt neque priuilegium irrogari b liceret*, nulla vox est audita Consulum.

2. Priores leges ad posteriores trahi.

Interrex Fabius aiebat in XII. Tabulis legem esse, *vt quodcunque postremum c populus iussisset id ius ratúmque esset* hæc Liuius 7. & 9. Cicero *pro Balbo*: & 2. *de inuentione.* author ad Herennium libro 2. Varro 8. de lingua.

De statu hominum.

TIT. II.

2. De partu 10. & 11. mensium.

DEcemuiri in X. *mense gigni hominem non in vndecimo d.* hæc Gellius 3. *c.6.*

2. De partu deformi.

Deinde cùm esset citò legatus, tanquàm ex XII. Tabulis, insignis ad deformitatem *e* puer, breui tempore nescio quo pacto creatus, multóque tetrior & fœdior natus est. Cicero 3. *de legibus.*

3. De Patrono & Cliente.

De Patrono & Cliente. v. j. titul. De extraord. crimin. *c.2.*

De his qui sunt sui.

TIT. III.

1. Trina venditione liberos emancipari.

IDenim lex *f* XII. Tabularum iubet his verbis. *si pater filium ter g venundarit h filius à patre liber i esto*, hæc Vlpian. 10. §.1. Hanc legem ita restituit Iosephus Scaliger, apud Festum *in addes. Sei pater filiom ter venomduit, k filius à patre liber esto.*

De rebus.

TIT. IIII.

1. Quæ res sacræ fieri non possint.

GAius libro sexto ad legem XII. Tabularum. *Rem*, inquit, *de qua controuersia est, prohibemur l in sacrum dedicare, alioquin dupli pœnam patimur.* nec immeritò, ne liceat eo modo duriorem aduersarij conditionem facere *l. vlt. ff. de religiosis.*

De pactis.

TIT. V.

REm *vbi pagunt, orato ni m* (quidam legunt *oranto*: alij *orationi*: lege *oratione*) *pagunt* (lege *pagunto.*) Author ad Heren. 2. Ioseph. Scaliger apud Festum *in plorare* hanc legem ita restituit; *Rem vbei pagunt, oranto: ni Pagunt, ante meridiem in foro aut in comitio causam coniciunto*, &c. quæ vide in titulo de Iudiciis. j. Cuiacius verò ad *l.6. ff.* de pactis ita restituit, *Vbi paguntor, ita nipagunt, in comitio, &c.*

2. Pacta seruanda.

Cum n nexum o faciet, mancipiúmque p vti lingua nuncupassit q, ita r ius esto s. Festus in Nuncupata.

Cum ex XII. Tabulis satis esse cautum præstari *quæ essent lingua nuncupata t quæ qui inficiatus esset duplo v pœnam subiret.* Cicero 3. Officiorum.

Vt totum illud *vti lingua nuncupassit*, non in XII. tabulis, sed in magistri carmine scriptum videretur Cic. 1. de oratore.

3. Pactis ipso iure *x* tolli actionem de membro rupto.

Si membrum rupit, ni y cum eo pacit z talio esto. Festus in Talionis. v. j. de damno, & titulum de iniuriis.

4. De iureiurando.

Nullum vinculum ad astringendam fidem, iureiurando maiores arctius esse voluerunt, id indicant leges in XII. Tabulis. Cic. 3. *a* officiorum.

5. De furto pacisci.

De furto pacisci licet dixi j. Tit. de furtis c.5.

6. Qui coronam virtutis ergo propositam pacit *b* ipse pecuniáve eius arguitor. *Plin. 21. c.3.*

De receptis arbitris.

TIT. VI.

1. De arbitro corrupto, vide titul. proximum de Iudiciis.

2. De tribus arbitris familiæ erciscundæ, v. titul. famil. erciscund. in f.

De iudiciis.

TIT. VII.

1. De iudicio sisti.

SI *in ius vocet, atque c eat d*, Cic. 2. de legibus.

Lege ius est, *vt in ius eas cùm voceris.* Author ad Herennium.

2. De reo fugiente.

In duodecim quod est; *Si caluitur e pedémque struit f, manum g endo h iacito*, Festus in Struere.

3. De dilationibus & earum causis.

Lex duodecim *i* tabularum, *Si iudex, vel alteruter ex*

a de hac lege dixi in superiore legum tractatu. *b* id est, in priuatos homines ferri. Nam priuilegium omne secundum Decemuiros iniustum: secundum Iurisconsultos (verbi gratia fisci, creditorum & id genus) probum ac iustum. *c l.26. l.27. l.28. ff. de legib.* *d* Dixi ad Nouellam de restitutionibus & ea quæ parit XI. mense 59. *e* Locus est meo iudicio valde corruptus: quem vt difficultate nimia nondum, puto, quisquam restituit, ita vix ausim attingere. videtur tamen pertinere ad deformes si non monstrosos partus quorum fit mentio in *l.10. l.14. ff. de statu. l.135. ff. de verb. sign.* *f* ante legem XII. Tabul. Romulus id constituerat teste Dionysio. Ræuardus putat lege Romuli filios ter vẽditos, ter manumissos reipsa. Lege XII. Tabul. imaginarias fuisse venditiones seu mancipationes & manumissiones. *g* de trina venditione filiorum dixi ad Vlpianũ, Tit. 10. *h* venumduit, nam vt veteres dixere Adduo. Festus in *Addues.* Ita & creduo, venunduo. *i* i. ingenuus haud libertinus. sic libertas pro ingenuitate *l.21. π* de statu *l.40. π* de liberali. Paul. 5. *sentent. in pr.* *k* filio ita vendito non competebat postliminium. Cic. 1. *de Orat.* *l* forsitan permisit in eum mortuum inferre his verbis *nec non mortuum inferunto* quibus verbis *nec non* lex magis permittit quàm prohibet. dixi *ad l.137. ff. de verb. signif.* quæ sumpta est ex Gaij lib. V. ad legem XII. Tabularum. adde Cuiacium 10. *obser.26.* *m* Quintil. 1. *c.6.* Cum in XII. Tabulis legeremus Ni ita pagunt. *n* Qui nexum ita nonnulli legunt. *o* quidam hæc verba referunt ad nuncupationem hæredis. *p v. Paul. c. senten. 17. §.3.* *q* Nuncupare, idem hic quod nominare. Varro 5. *de lingua.* adde Festum *in Nuncupata pecunia.* vbi etiam de votis nuncupatis. Isidorum 4. *c.24.* *r* hinc pacta iuri præstare dicuntur, *author ad Herennium: Cic. 2. de inuent.* *s* Quidam hoc addunt, *vti nominassit locutúsve esit, ita ius esto.* *t* promissa *l.37. ff. de dolo. d. l.19. ff. de adilitio.* scripta in lege venditionis *l.33. ff. de contrah. empt.* adseuerata *l.13. §.3. ff. de act. empt.* *v Paul. 1. senten. 19. §.1. & 2. tit. 17. §.2. 3. 4. Varro 2. de re rustic. 11.* Solet si res mancipio non datur, dupla promitti: aut si ita pactũ, simpla. olim mãcipio datarum non erat auctor, sed mancipio non datarum tantùm. soli domini ex iure Quiritum mancipio dare poterant, tradere etiã non domini. *x l.6 ff. de pactis.* *y* Transactiones plerunque dum in ius ibatur fiebant, *l.22 in fi. ff. de in ius vocando.* *z* ab antiquo paco. 1 paciscor *v. Fest. in Pacionem.* & apud Scaurum *lib. 2. de Orthographia, Ni pacunt.* *a adde l. 1. ff. de iureiur. 7. Gel. 18. Halic. 2.* *b* Ita emendat Ræuardus & Lãbinus *in Prologo Amphyt.* pro parit. Eo sensu prohibent leges XII. Tabul. coronas etiam Circenses pecunia adquiri: aut ita legendum, propositam pecunia parit. cui emendationi facit *l.2. n. Cod. de athletis Plaut. in Prolog. Amphyt. ibi in mandatis dedit vt conquisitores fierent histriombus, Qui sibi mandassent delegati vt plauderẽt* Lipsius 4 *Epist.27.* qui coronam parit, ipse pecuniáve eius virtutis ergo arguitor, i. additor. *c* i. statim. 20. *Gel. vlt.* *d ff. in ius voc. vt eant. l.1. ff. si quis in ius voc. non ier.* *e* Caius lib. 1. *ad l. xij. tab.* Si caluitur, inquit, & (legendũ id est) moretur & frustretur, &c. *l.233. ff. de verb. sign.* *f* gl. pedem struit, ἀνύει. Festus in *pedem struit.* Idẽ in *struere*, struere, inquit, antiqui dicebant, pro adiicere, augere: vnde industrius. At in XII. putant esse retrorsus ire, alij in aliam partẽ, alij furere, alij gradũ augere, alij minuere. *g* ad cũdẽ modũ, creditori persequi debitorẽ fugientẽ licet. eíq. auferre pecuniam sibi debitã *l.10. §.16. ff. quæ in frau. adde & alios casus ex l.23 ff. de adult. l.54. C. de decur.* *h* i. iniicito. *v. Fest. in Endoplorato, & Endoprocinctu.* ex hoc loco ita legendus est versus Lucilij apud Non. *c.1. in Caluitur* 20. si non it capito eum & si caluitur Endo Ferto manũ. *i* Atqui Fest. in *Reus* id Numæ tribuit. Ex Halic. 2 & 10. constat, decemuiros multa ex legibus Regiis & moribus pop. Rom. in XII. Tab. transtulisse hoc censente populo.

a quid morbus sonticus esset, *dixi ad l.4.§.5.ff.de aedilitio.l.60.ff.de re iudicata.l.113. ff.de verborum significat.adde Gellium* 20.*cap.*1.2.*Eclog.*2.*c.*113. *b* Numa in 2.tabula secunda lege, in qua scriptum est, Quid (lege si quid) horum fuit (lege fuat) vnum (*Cuiacius* 3.*obseru.*40.legit vitium) iudici, arbitróve reóve, dies diffensus, (Scaliger legit diffunsus, legendum est ex *dicta lege* diffisus) esto. Festus in voce *Reus*. Possis itaque legem ita restituere; Si quid horum fuit vitium iudici, arbitróve, reóve, dies diffisus esto. diffisus, id est, dilatus. *Gellius* 14.*c*.2. iussi diem diffindi. *& post* in diffisionib. comperēdinationibúsque *Livius* 9. legem Curiatam triste omen diffidit. *Horat.* 2. *sermon.* Nihil diffindere possum.

c alij legunt Ni it, in ius vocato: si morbus, ænitásq. vitium esit, &c. Palmer Spicileg. Ræuardus ita, morbus æuitásve vitium esit, qui in ius vocassit iumentum dato: si volet arcerā ne sternito. *d* i. vitium aliquod imbecillitatis atque inualentiæ, 20.*Gel.*1. *e* i. ætas, senectus *v. Nonium in Aeuum.*

f Scitè dictum est, neq. onerosum creditorem, neque morosum debitorem audiendum, *l.*25 *in f. ff. de pignoritia.* *g* Arcera plaustrum tectū vndiquaq. & munitum quasi arca 20. *Gel.*1. Varro 4.*de ling.* Arcera quæ in XII. tabulis appellatur. *h* de manus iniectione loquūtur sæpe XII. tabulæ, vt 5.*c.*2. *i* Nūquam ducitur quis nisi antestatus. Qui trahit in ius, antestatur prius. Antestatus dicitur, qui testato conuenitur, qua ratione & paterfiduciarius antestatus dictus est olim authore Gaio in Institut. Plaut. in Persa, Age, ambula in ius, leno. D. Quid me in ius vocas? S. illic dicā apud Prætorē. sed ego in ius voco. D. Nónne antestaris? S. Tuā ne ego causa carnifex cuiquam mortali libero aures atteram? Hæc ille. Vt hinc cōstet aures non antestati sed testiū fuisse attrectatas & lex Baiuuaria. Testis per aurem trahi debet. Idque ita sentiunt Acron & Porphirio ad illum locum Horatij. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestantur. Plin. 11.*c.*45 Rectè nam in antestatione memoriæ causa actu auriculam imam tangebat antestari, cum hoc verbo Memēto: Et est apud Latinos Lapillus in quo caput sculptum & manus autem atterens cum verbo Græco μνημόνευε. *k* Per triduum testimonij denuntiatio fiebat, sicut & reatus *v. l.*10.*ff. de publ. iud.* *l* i. ad domum *Festus in Portum.* Portum in XII. pro domo positum omnes ferè consentiunt. Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obuagulatum ito, hæc ille. Plutarchus in Graccho, dixit πρὸς τὰς θύρας. *m* vagulatio quæstio cum conuicio, i. conuocio, Festus in vagulatio. Plaut. *in Aulul.* nisi reddi mihi vasa iubes, pipulo hîc te differam ante ædes. quo loco pipulo differre ante ædes, nihil aliud quàm ad portū obuagulatum ire, & conuitiari pipulum enim idem quod comitium Varroni & de lingua declinatum à pipatu pullorum. *n* vt eo pacto testes non extrahantur de domo sua Gaius 1 ad leg. XII. Tab. in l.18.*l.*20. *ff. de in ius voc.* *o* §.33.*Inst. de act. v. C. de plus petitionib.* *p* lege agendo petere, est certa atque præscripta formula petere *Cic.*1.*de orat.* Actor lege agit quoties solenniter ius suum persequitur. *Valer.*7. Prætor lege agit. *Senec.*3.*controuers.* cùm verbis solennibus sententiam pronuntiat. Lictor legē agit, cùm sententiam solenniter exequitur. *Liu.* Hinc legis actio *l.*1.*ff. de officio iuridici. l.*4.*ff. de adop.* *q v. l.*3.*ff. de lege Iulia repet. Paul.*5.*sent.*28.§.1. *r* dixi de huius loci restitutione 5.tit. de pact. *s* i. agito. coniicere causam, est agere. A-franius *Materteris* causam cōiici hodie ad te volo, ambo adestis *v.* Nonium in coniicere.

litigatoribus morbo sontico a impediatur, iubet diem iudicii esse diffisum b, l.2.§.3.ff. si quis cautionib.

Si in ius vocat, si morbus d, æuitas e vitiúmve esset, qui in ius vocabit, iumentum dato f: si nolet, arceram g ne sternito 20. Gel. 1. *si quid horum fuit vitium, iudici, arbitróve, reóve dies diffisus* (alij male difensus) *esto.* Festus, id est, dilatus *l.*11.§.11. *π. si quis cautio. Acron in Horat.*

4. De Antestatione & manus iniectione.

De hac lege duodecim tabularum his verbis cautum est, *Si vis* (quidam legunt, *Si in ius*) *vocationi* (quidam legunt *vocati*, Cuiacius 7. obseruat. 16. legit *vocat* Lipsius 4. *Epist.*27. fuat) *testamini igitur* (Cuiacius legit, *ni eat, manum h iniicito*) *en capito* (legendum *encapito*, id est, *incipito* Lipsius *d. loco em capito*) *antestari i.* Porphyrio ad illa verba Horatij 1. serm. 9. & licet antestari. Fuerit igitur ita lex conceptā, *Si in ius vocatus non eat, manum iniicito, encapito antestari.* Ræuardus, si vis vocationi fuat, testamini, igitur Em capito antestari. Lips. 4. *Epist.*27. pro veteri lectione si vis vocationi fuat, testamini, igitur Em capito antestari, ita emendat. si vis vocationi fuat, antestaminor: ni it aurem capito antestari.

5. De testium citatione & denunciatione.

Vagulatio in lege XII. Tabularum significat quęstionem cū conuitio, *Cui testimonium defuerit is tertiis k diebus ob, (i. ad) portum l obuagulatum m ito n Fest in vagulatio.*

6. De plus petitionibus.

Quod alter plus o lege p agendo petierit, quàm quantum lex in XII. *Tabulis permiserit, quod cum impetrasit, causa cadet.* Eóque nomine reo exceptio hæc competebat, *cuius pecuniæ dies fuisset.* Cic. 1. de orat.

7. De pœna corrupti iudicis aut arbitri.

Dure autem scriptum esse in istis legibus quid existimari potest? Nisi duram esse legem putas quæ *iudicem q, arbitrúmve iure datum, qui ob rem dicendam, pecuniam accepisse conuictus est, capite punit.* Hæc Gel. 20. *cap.*1.

8. Si iudex falsam vindiciam tulit.

Si vindiciam falsam, &c. *r. in fi. titulum de possessionibus & interdictis.*

9. Apud quos iudices de capite ciuis Romani agi oporteret.

Cur cùm sacratis legibus & XII. Tabulis sancitum esset. *vt neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite nisi comitiis centuriatis rogari, nulla vox est audita consulum?* hæc Cicero in oratione Pro Sestio. & post. *De capite non modo ferri, sed ne iudicari quidem posse nisi centuriatis comitiis.*

10. De temporibus iudicandi.

Rem vbi pagunt, orato pagunt r in comitio aut in foro ante meridiem causam coniicito s. Author ad Heren. 2. In XII. Tab. verbum hoc ita scriptum est, *Ante t meridiem causam conicito v, cùm perorant ambo præsentes. Post meridiem præsenti x litem y addicito. Si ambo præsentes, sol z occasus suprema a tempestas b esto.*17. Gel. 2.

Festus in supremum, In legibus XII. *Solis * occasus suprema tempestas esto. Macrob.*1. *Saturnalium* 3. *in fi.* Dies ita diuiditur. Primum tempus diei, dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, deinde conticinium, cùm & galli conticescunt & homines etiam tum quiescunt. Deinde diluculum. i. cùm incipit dignosci dies, inde mane, dum dies clarus, *& post*, à mane ad meridiem, hoc est, ad medium diem (puto legēdum *à mane ad medium diem, meridies*) inde iam supra, vocatur tempus occiduum, *& mox suprema tempestas.* i. diei nouissimū tempus, sicut expressum est in XII. Tab. *Solis occasus suprema tempestas esto.*

*Plin.*7. *c.*57. Gentium consensus tacitus primus omnium conspirauit, vt Ionum literis vterentur *c.*58. Veteres Græcas fuisse easdem penè quæ nunc sunt Latinæ, &c. *c.*59. Sequens gentium consensus in tonsoribus fuit, sed Romanis tardior, &c. *c.*60. Tertius consensus fuit in horarum obseruatione, iam hic rationi accedēs. Quando & à quo in Græcia reperta, diximus in secundo volumine. Serius etiam hoc Romæ contigit. XII. tab. *Ortus tantum & occasus nominātur, post aliquot annos adiectus est & meridies* Accenso Consulū id pronuntiante, cùm Curio (alij legunt cùm a curia) inter Rostra & Græcostasin prospexisset talem (hanc vocem quidam expungūt) Solem. A columna (solem à columna) ænea (legunt nonnulli Mænia) ad carcerem inclinato sidere, *supremam* pronunciabat. sed hoc serenis tantum diebus, vsque ad primum Punicum bellum, hæc ille. Suprema, summū diei, id est, a supremo (quidam legunt *superrimo.*) Hoc tempus XII. Tabulæ dicunt *occasum esse solis*: sed postea lex Prætoria id quoque tempus iubet esse supremum, quo Prætor in Comitio supremam pronuntiauit populo, Varr. 5. *de lingua.* Idem 6. de lingua, supremum a superrimo dictum. Itaque in XII. Tabul. *Solis occasu, diei suprema tempestas esto.* libri Augurum, pro tempore tempestatem dicunt, id est, supremum augurum tempus.

11. Qui satisdare cogantur.

Ennius verbum hoc ex XII. Tabulis vestris accepit: in quibus si rectè commemini, ita scriptum est. *Aßiduo, vindex c aßiduus d esto: Proletario e ciui, quiuis volet vindex esto.*16. *Gel.*10.

12. Iudicio sisti.

Indicant XII. Tabulæ, *aut status f dies cum hoste g* Cic. 1. offic.

13. De confessis *h* in iure.

v. j. tit. de hæreditatibus ab intestato §.27.

14. De tempore iudicati faciendi.

v. j. tit. de hæred. ab intest. §.27.

De seruitutibus Titul.

vide j. tit. Finium regundorum vbi de via & huiusmodi seruitutibus.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

TIT. VIII.

ANimalium nomine, quæ ratione carent, si qua lasciuia aut pauore aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege XII. *Tabularum prodita est.* Inst. si quadrupes. *Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, actio ex lege* XII. *Tabularum descendit, quæ lex voluit aut dari id quod nocuit, id est, animal: aut æstimationem noxiæ offerri.* l.1.ff. si quadrupes. Ita lex esse potuit, Si equus calcitrosus alium percusserit, aut bos cornupetere solitus cornu petierit, &c.

Damno dato.

TIT. IX.

1. De rupto.

RVpitias i, in XII. Tabulis significat damnum dederis. Festus in voce rupitias.

Sarcito, in XII. Tabulis Seruius suspicans ait significare, damnum soluito, præstato. Festus in voce Sarcito.

Ex his duobus fragmentis possis ita legem concipere. *Quod rupitias, sarcito.*

2. De membro rupto.

Talionis mentionem fieri in XII. Tabulis ait Verrius, hoc modo. *Si membrum rapserit k, ni cum eo pacit, talio esto.* Festus in Talionis. dicam de hac lege ad tit. de Iniur. j.

De noxalibus actionibus.

TIT. X.

CElsus differentiam facit inter legem Aquiliam & legem XII. Tabularum. Nam in lege antiqua (*id est* XII.) *Si seruus sciente domino furtum fecit, vel etiam noxā commisit serui nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur l.* l.2.§.1.ff. de noxalibus.

Noxales actiones sunt aut legibus aut Edicto Prætoris. Legibus, veluti *furti ex legibus* XII. *Tabularum* §.4. Inst. de noxalib. actionib. *Si seruus furtum faxit, noxámve nocuit* l. 2.§.1. vers. sed si placeat. ff. de noxal.

Finium regundorum, & de seruitutibus.

TIT. XI.

1. De viarum latitudine.

VIæ latitudo ex lege XII. *Tabularum in porrectū octo pedes habet,*

a vlt. *l.*92.*in f. l.* 162. *l.* 163. *ff. de verb. sign.* hoc innuit, solē occasum supremum esse iuris dicendi tempus. Ita, Iudex non videtur se subtrahere iuri dicundo, qui se recepit hora suprema *l.* 1. §. 8. *ff. quando appellandum.* vt hinc colligas, moris non fuisse apud veteres noctu iudicare. Senec. 1. *de tranquil.*; quibus tamen opponitur *l.*2.§.31. *ff. de orig. iur. Nouel.*82.*c.*3. hoc rectè cōstat noctu posse trāsigi. *l.*20. *Cod. de transact.* & testamentum signari *l.*22.§.6.*ff. qui testamenta.*

b quæ & suprema hora *l.*1. §. 8. *ff. quando appell. l.*2.*in fi. ff. de ver. signif.* fuerunt apud Romanos XXIIII. *l* 8. *ff. de feriis* horarum sex ante meridianarum fit mentio *ff. qui test. l.*1.*ff. de manumiss.* secundæ noctis *l.*20. *C. de transact.* *c* vindex is erat qui vindicabat. quo minus is qui prehensus erat, ab aliquo teneretur atq. ita prensum, nexum, siue addictum liberabat. Festus. Sic vindex libertatis Liu. 2. & 6. alij vindicis vocabulo procuratorem, alij fideiussorem intelligunt. *d* i. locuples dicitur enim ab asses dando 16. *Gel.*10. *l.*2.§.2.§.4 *ff. qui satisdare. l.*1.*ff. in ius vocati.* *e* i. pauperi. *f* status dies vocatur qui iudicij causa est constitutus cum peregrino Festus *in status* Plautus in Curculione *si status conditus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum quo imperant ingratis.* Gel.16.*c.*4. concipiebant iusiurandum vt adessent, his additis exceptionib. *& post* nisi ipsius eo die sibi sit ius. *hostísve status, conditúsve dies cum hoste.* *g* i. peregrino. Cic. 1. *offi.* hostis apud maiores nostros dicebatur quē nunc peregrinū dicimus Fest. *in status.* Peregrini ab antiquis hostes appellabantur, quòd erant pari iure cum pop. Rom. atq. hostire ponebant pro æquare. *h v. quæ not. ad l.*4.*in f. C. de rep. hæred.* *i* de rupto ad *l.*27.§.13.*ff. ad l. Aq.* *k* quidam legūt ruperit. *l* hinc cōstat legē noluisse seruos dominis suis obtēperare in delictis *l.*2.§.1. *ver. at in l. Aquilia. ff. de nox.*

t hanc legem. ita restituit Ioseph. Scaliger apud Festum in plorare. Ré vbei pagunt, orāto. Nei pagunt, ante meridiem in foro aut in comitio causam cōiciunto, &c.

v alij gnoscito vt Ræuard. eo sensu, vt iudex ante meridiem, quū actor & reus perorassent, i. caussam dixissent, de caussa cognosceret. cōiciunto Ioseph. Scaliger in plorare apud Fest.

x id innuit post meridiem secūdum præsentem iudicari: quibusdā, vt Ræuardo hæc vox deest. his adde *C.* quomodo & quādo iudex sentēriam proferre debeat præsentib. partibus vel vna tantum parte præsente.

y litem addicere quidā interpretātur secundum præsentem litem dare. Ræuardus litigandi potestatem facere.

z sole occaso diei suprema potestas esto Ræu. *a* vlt. *l.*92.*in f. l.* 162. *l.* 163. *ff. de verb. sign.* hoc innuit, solē occasum supremum esse iuris dicendi tempus. Ita, Iudex non videtur se subtrahere iuri dicundo, qui se recepit hora suprema *l.* 1. §. 8. *ff. quando appellandum.* vt hinc colligas, moris non fuisse apud veteres noctu iudicare. Senec. 1. *de tranquil.*; quibus tamen opponitur *l.*2.§.31. *ff. de orig. iur. Nouel.*82.*c.*3. hoc rectè cōstat noctu posse trāsigi. *l.*20. *Cod. de transact.* & testamentum signari *l.*22.§.6.*ff. qui testamenta.*

b quæ & suprema hora *l.*1. §. 8. *ff. quando appell. l.*2.*in fi. ff. de ver. signif.* fuerunt apud Romanos XXIIII. *l* 8. *ff. de feriis* horarum sex ante meridianarum fit mentio *ff. qui test. l.*1.*ff. de manumiss.* secundæ noctis *l.*20. *C. de transact.* *c* vindex is erat qui vindicabat. quo minus is qui prehensus erat, ab aliquo teneretur atq. ita prensum, nexum, siue addictum liberabat. Festus. Sic vindex libertatis Liu. 2. & 6. alij vindicis vocabulo procuratorem, alij fideiussorem intelligunt. *d* i. locuples dicitur enim ab asses dando 16. *Gel.*10. *l.*2.§.2.§.4 *ff. qui satisdare. l.*1.*ff. in ius vocati.* *e* i. pauperi. *f* status dies vocatur qui iudicij causa est constitutus cum peregrino Festus *in status* Plautus in Curculione *si status conditus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum quo imperant ingratis.* Gel.16.*c.*4. concipiebant iusiurandum vt adessent, his additis exceptionib. *& post* nisi ipsius eo die sibi sit ius. *hostísve status, conditúsve dies cum hoste.* *g* i. peregrino. Cic. 1. *offi.* hostis apud maiores nostros dicebatur quē nunc peregrinū dicimus Fest. *in status.* Peregrini ab antiquis hostes appellabantur, quòd erant pari iure cum pop. Rom. atq. hostire ponebant pro æquare. *h v. quæ not. ad l.*4.*in f. C. de rep. hæred.* *i* de rupto ad *l.*27.§.13.*ff. ad l. Aq.* *k* quidam legūt ruperit. *l* hinc cōstat legē noluisse seruos dominis suis obtēperare in delictis *l.*2.§.1. *ver. at in l. Aquilia. ff. de nox.*

a in Amfracto.i.in flexo *Varro 6.de lingua.* *b* hinc constat legibus x ii. Tabularum de aqua pluuia arcenda proditā specialem actionem quæ tamen desideraret mensoris interuentum, quoties ex riuo fortè quem fecit aqua pluuia intra limites vnius agri adfinis calumniosè æstimari censebat oportere fines agri sui, non ex limitib.initio constitutis *v.Cuiac.10.obs.2.in fi.* *c* Plutarchus in Solone.

d Plutarchus ibidem.

e Plut.ib.2 *Har.* 4. *Cic.* 2.*de legib.*

f eodem sensu ripæ dicuntur muniri *l.vn.§.6. ff.ne quid ad flum. pub.vnica.* §.1. 3. *ff.de ripa munienda.*hoc de munitione obseruandū est eum qui viam publicam exarauerit, ad munitionē eius solum compelli. *Paul.1.sentent.14.* §.1.*l.vlt.ff.de via publica.*

g ciuiliter tamē. nam quædam in sermone tacitè excipiuntur *l.9. ff.de seruitutib.*

h hoc caput x ii. Tabularum esse colligimus ex Metiani libello de asse. Sestertius,inquit,duos asses & semis, quasi semis tertius. lex etiam x ii. Tabularum argumento est: in qua duo pedes & semis, sestertius pes vocantur, hæc ille. Varro 4.*de ling.* ambitus, inquit, circunitus: ab eóque x ii.Tab. interpr. ambitum, parietis, circumitum dixerunt. hæc ille. Et id quidem spatium legitimum dicitur *in l.14. ff. de seruit. rusticor.*v.Fest.& Isido 15.c.& quā dixi ad *l.2.§.2.C. de ædif.priuatis.*

i his verbis colligimus, Insulis proximis insulis connexas non fuisse, sed adiacentes *l.15.§.14, ff.de dam.* & tamen nihil vetat insulæ parietem communem esse *l.13. ff de seruitut. vrbanor. v.Cuiac. 1.obs.* 4.

k Fortè duodecim tabularum, quod tamen vir certo ausim affirmare.

l Plin.35.c.14.de lateritio muro loquens. Romæ, inquit, non sunt talia ædificia: quia sesquipedalis paries non plus quàm vnā contignationem tolerat: cautúmque est,ne communis crassior fiat,nec interge rinorum ratio patitur,hæc ille.

m i.duorum,aut trium ordinum laterum,qui πλίνθοι Græcè dicuntur. *n* Plinius *d.loco.* *o* quid mœnianum *v.l.11. C.de ædificiis priuatis.* *p)* de hac quinque pedum præscriptione dixi ad legem,Quinque pedum 5.*C.fin.regund.* *q* quidam legunt Manilia,vtrunque non male. Siculus Flaccus de conditionib. agrorum, Si arbores communes sint, mediæ vtrinque notatæ per totas esse debebunt: si partium frondes spectant,in alios fines,plagis, id est, latis cicatricibus signatæ inueniri debent,vt intelligantur eorum esse dominorum in quas partes integræ erunt, intactæ reseruabuntur.Signantur autem vtrinque,id est,ex vtraque possessione intra pedes quinos,vt legis Maniliæ commemorationem habeant.

Frontinus *de limitibus agrorum*, de rigore controuersia est finitimæ conditionis, quoties inter duos pluréśve terminos ordinatos,siue quæ alia signa, secundum legem Maniliam intra quinque pedes agitur.

Aggenus *de limitibus agrorum.* de fine enim lex Mamilia quinque aut sex pedum latitudinem præscribit: quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat,vel circū actus aratri quod vsucapi non potest. Iter enim,non qua ad culturas peruenitur,capitur vsu,sed id quod in vsu biennio fuit,&c.

Hygenus,*de limitibus constitutis*,Linearij limites mensuræ tantum discriminandę causa sunt constituti:& si finitimi interueniunt,latitudinem secundum legem Maniliam accipiunt.

Extat quoque in libro variorum authorum *de limitibus*,fragmentum legis Maniliæ,Rosciæ,Peduceæ,Allenæ,(lege Aliænæ)Fauiæ (quidam legunt Fabię)quod restitutum vide apud Iustum Lipsium 1.*Electorum*15.

r 5.*obs.c.21.* *s* ad hos arbitros recurrebatur,quoties inter vicinos iurgium de finib.erat. Cicero 4.*de Republica apud Nonium,in iurgium.* Admiror,inquit,nec rerum solum,sed verborum etiam elegãtiam,*Si iurgant*,inquit, beneuolorum concertatio, non lis inimicorū iurgium dicitur. & in sequenti: Iurgare igitur lex putat inter se vicinos non litigare.hęc ille.

t huius rei extat vestigium apud Festum *in Erctum. Erctum*, inquit, *citúmque* fit inter consortes, *vt in libris legū Romanarum legitur.* Erctum à coercendo.vnde & erciscundæ & ercisci. Citum autem est vocatum, à ciendo, hæc ille.quo loco Iosephus Scaliger monet legendum Citum fit. quæ particula expuncta. vt Erctum citum, fit hæreditas diuisa.& in glossis Herctus citus, διαιρεσις τῶν ὑπαρχόντων vocatur.apud Seruium Erctum nõ citum, hoc est patrimonium non diuisum Erctum ciendum, hæreditas diuidenda.

v v.l.5.§.18.in f. ff. de tributoria. l. 19. ff. de contrah. empt. Grex dominium nõ mutat,nisi sit æs adnumeratū. *Var. 2.de re rustica.*

x l.53.ff.de contr. empt.

y id est tradito. Tradere est trans dare seu mouere. Accius apud Nonium Remisque nixi properiter nauē in fugam transdunt.

z Endo plorare, est implorare. Festus *in Endoploratę.*Implorare cum fletu rogare,supplicare, inuocare publicum auxilium *l. vlt: ff.de eo quod metus causa.* Clamare, Festus in Plorare.Lex Seruij Tullij hæc est, Si parentem puer verberit aut olle*ploraßit*,puer diuis parentum sacer esto. Proclamare *l.4. in f. ff.de sicariis.*

a dixi ad Vlpianum 19.§.3.*adde Gaium.1.Instit.6.* §.4. *b* Impubes libripens esse non potest neq; antestari,vt Priscianus refert *lib.8.* *c* quod & Raudus.Varro 4.*de lingua.* Porta Rauduscula,quòd ærata fuit, Aes raudus dictum: ex eo in veteribus mancupiis(id est mancipationibus)scriptum, *Rauduculo libram ferito.* adde Festum in Rodus. Rauduscuri meminit Cic.4.*ad Attic.8. & 6.Epist.pen.7.Epist.2.5.Vide 6.* *d* *v.Vlpianum19.* *e* x ii.Tabularum sc. Est n. hæc lex desumpta ex 4.Caij ad legem x ii.Tabul. *f* lex x ii.Tabularum emptionis verbo omnem alienationem complexa videtur *l.29.ff.de statulib.* *g* de hoc verbo vide quædam in titulo 18.§.4.*j.eod.* *h* hoc caput non pertinet ad leges x ii. Tabul. *i* ἀρχαικῶς pro Qui. *k* i.nancitur:nancitur pro nanciscitur, vt apiscitur pro adipiscitur. *l* hoc innuit,vt quod ante bellum contraxerit Latinus cum Romano,siue mutuum sit,siue pignus,vt id valeat. *m* Liuius 7.hanc institutionem refert ad M. Duellium C.Marcio(inquit)Cn.Manlio Coss.de vnciario fœnore à M.Duellio Tribunoplebis rogatio perlata est, & plebs aliquanto eam cupidius sciuit,accepitque.Sed verisimilius est intelligi legem x ii.Tabul.penè antiquatam à Duellio in vsum renocatam fuisse. *n* vsura vnciaria est, cum quoquo anno vnus in centenos numimos penditur, sextans,cùm bini:quadrans, cùm terni:triens,cùm quaterni:quincunx,cum quini:semis,cùm semi:septunx,cùm septeni:bes,cùm octoni:dodrans,cùm noni:dextans,cùm deni:deunx,cùm vndeni:as,cum duodeni.

o i.decem annis post Duellij rogationem,de qua superius dictum est. Lius T.Manlio Torquato,C.Plautio Coss.semunciarium tantum,ex vnciario,fœnus factum.

p i.sublatum omne fœnus.*v.Appianum.1.ciuilium.*

habet,in amfractum a,id est,vbi flexum *est, sedecim*, Caius in l.8.de seruitut.rusticorum.

Amfractum est ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu & frangendo,ab *eo leges b iubent in directo pedū octo esse,in amfracto sexdecim*,id est,*in flexu* Var.6.de lingua.

2. Si aquæductus priuato noceat.

Si per publicum locum aquæductus priuato nocebit, erit priuato actio ex lege x ii.*Tabularum,vti noxæ domino caueatur* l. 5.ff.ne quid in loco publico.

3. Si aqua pluuia nocet.

Et sic verba legis x ii.Tabularum veteres interpretati sunt, *si aqua pluuia nocet ei.* si nocere poterit l. 21. ff. de statulib.

4. De interstitiis.

Gaius lib.4.ad legem x ii.Tabul.sciendum est inquit in actione finium regundorum illud obseruandum esse, quod ad exemplum quodammodo eius legis scriptū est, quod Athenis Solonem dicitur tulisse: nam illic ita est. Καὶ τις ἀμφισβήσει παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὄρυγμα τὸν ὅρον μὴ παραβαίνων· ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας· ἐὰν δὲ τάφον, ὃ βάθος ὀρύττει, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ φρέαρ ὀρυγιαῖον. ἐλαίαν δὲ ἢ συκῆν, ἐννέα ἀπὸ πόδας ἀποτοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα δένδρα πέντε ἀπὸ πόδας. id est, Si quis spem ad alienum prædium fixerit,infoderitque:terminum ne excedito.Si maceriam:pedem relinquito. Si verò domū:pedes duos. Si sepulchrum aut scrobem foderit,quantum profunditatis habuerint,tãtum spatij relinquito.Si puteum,passus latitudinem. At verò oleam, aut ficum,ab alieno ad nouem pedes plantato: cæteras arbores ad pedes quinq. Hæc ille.

5. Qui viam debet,eam munitam præstet.

Si via sit immunita f, iubet lex qua g velit, agere iumentum, Cicero pro Cæcina.

6. De legitimo spatio ac sestercio pede inter duas insulas relinquendo.

Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ædificia, locus duorum pedum & semipedis *h* ad circumeundi *i* facultatem relictus.*Festus in Ambitus.*

7. De crassitudine parietis communis.

Leges publicæ k non patiuntur maiores crassitudines quàm sesquipedales l constitui loco communi:cæteri autem parietes, cum spatia angustiora fierēt, eadem crassitudine locantur:lateritij verò (nisi displinthij *m* aut triplinthij fuerint) sesquipedali crassitudine non *n* possunt plusquam vnam sustinere contignationem. In ea autem maiestate vrbis & ciuium infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo cùm recipere non posset area plana tantā multitudinem ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit deuenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ contignationibus vna coaxatis, & cœnaculorum summas vtilitates perfecerunt & despectationes. Ergo menianis *o* & contignationibus variis alto spatio multiplicatis, populus Romanus egregias habet sine impeditione habitationes. hæc Vitruu.2.c.8.

8. De quinque pedum præscriptione.

Ex hac non rerum sed verborum discordia, controuersia nata est de finibus, *in qua quoniam vsucapionem* x ii. *Tabul.inter quinque p pedes esse voluerunt*, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinamus, nec Mamilia *q* lege singuli, sed ex x ii, tres arbitri fines regemus.hæc Cic.1.de legib.

9. De tribus arbitris finium regundorum.

Nec Manilia cum singulis lege [alij ita habent, Nec Manilia lege singuli]sed cum his te arbitro [alij rectius legunt,*Sed ex his tres arbitri.* Cuiacius *r* verò quàm optime,*sed ex duodecim tres arbitri*,]si vis,[alij legunt *Fineis*, & recte]regemus *s*.Cic.1.de legib.Possis ita hanc legem restituere,*Vt si vicini inter se iurgant,finibus regundis tres arbitros darent:eisque totius rei ius arbitriúmque permitterent.*

Familiæ erciscundæ.

TIT. XII.

Haec actio proficiscitur ex lege x ii. *tabularum t* 1. ff. familiæ.

De religiosis & sumptibus funerum

Titul.

De contrahenda emptione & venditione.

Titul.

1. De traditione.

Venditæ res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quam v si is venditori pretium soluerit, vel alio modo ei satisfecerit, veluti x expromissore vel pignore dato. quod quanquam cauetur lege x ii.Tabularum:tamen rectè dicitur & iure gentium, id est naturali id effici. §.41.Institut.de rerum diuis.

Sub vos placo(inquit Festus *in Sub vos*) in precib.ferè cùm dicitur, significat id quod supplico, *vt in legibus, Transque dato y. edendóque(lege endo z)plorato.*Hæc Festus.

2. De Nexu.

Dictum est de Nexu 5.tit.de pactis.

3. De emancipatione.

Mancipatio *a*, est imaginaria quædam venditio, quæ sic agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus, ciuibus Romanis puberibus *b*, & præterea alio eiusdem condicionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens.Is qui mancipium accepit æs tenens, ita dicit, *Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse aio, ísque mihi emptus est hoc ære æneáque libra.* Deinde ære *c* percutit libram,ídque es datur ei a quo mãcipium accipitur,quasi pretij loco.*Quæcunque igitur res mancipi d, lege* x ii.*Tabularum, aliter nisi per hanc solennitatem alienari non poterat*, Boetius in Topic.Ciceronis.

4. De Monopoliis.

Gaius lib.4.ad legem x ii.Tabularum. Sodales sunt, inquit, qui sunt eiusdem collegij Græci ἑταιρίαν vocant. *His autem potestatem facit lex e.pactionem quam velint sibi ferre,dum ne quid ex publica lege corrumpant.*Sed hæc lex videtur esse ex lege Solonis translata. Nam illa ita est ἐὰν δὲ δῆμος &c.l.vlt.ff.de collegiis.

5. Rem litigiosam alienari non posse.

De ea re dictum est 5.titulo de rebus.

6. Staliberos vendi posse.

Statuliberum venumdari f posse leges x ii. *Tabularum putauerunt.* l.25. ff. de statuliberis, *emptori tamen dando pecuniam,ad libertatem peruenietidque lex* x ii.*Tabularum iubet.* Vlpian.2.§.4.in f.

De pignoribus.

TIT. XIIII.

Nancitor g in x ii. Tabulis,nactus erit,prædatus erit. Item in fœdere *h* Latino. *Pecuniam quis i nancitor k, habeto:& si quid pignoris nancitur* (legunt alij *nancitor*) *sibi habeto l.* Festus in Nancitor.

De vsuris.

TIT. XV.

1. De vnciario fœnore.

Sanè vetus vrbi fœnebre malum, & seditionum discordiarúmque creberrima causa, eáque cohibebatur antiquis quo que & minus corruptis moribus.Nam primo x ii. *m* Tabulis sanctum; *Ne quis vnciario n fœnore amplius exerceret*;cùm antea ex libidine locupletum ageretur, dein *o* rogatione tribunicia ad semuncias redacta. Postremo vetita versura *p*. Tacitus v i. Annal. anno vrbis 786.

2. Vsu

a hoc caput ex moribus populi Romani petitum, vel, vt ℣. *eod.* dicitur, veteris consuetudinis Romanorum fuit. *b* Cic. 1. de diuinat. Nihil ferè quondam maioris rei, nisi auspicatò, ne priuatim quidem gerebatur. Quod etiam nunc Nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent. In sacellum exisse ominis capiendi causa constat ex eodem Cic. ibid. Idem in Cluentio, Nubit genero socrus, nullis auspicib. nullis auctorib. funestis ominibus. Virgilius 1. Æneid. Cui pater intactam dederat primísque iugarat ominib. Iuuen. Satyr 10. veniet cum signatoribus auspex. Catullus hæc cum bona Nubet alite virgo Plaut in Prologo Casinæ ibit nuptum, nõ manebit auspices. *c* conuentionem in manum intelligit de qua aliàs dixi ad Vlpia. 9. *adde l. 66. §. 1. ff. de don. int. vir.* *d* dixi *ad l. 1. ff. de ritu nuptiarũ. adde* 4. Harmenop. 4. *in pr.* *e* de vsurpata muliere *v. tit. 23. §. 6.* ℣. *eod.* *f* v. titulum C. de repudiis & iudicio de moribus sublato. *g* Lex est Romuli, quam tamen verisimile est relatam fuisse in XII. tabulas, huiúsque rei argumentum nobis facit Gell. vt dicam inferius. *h* Temetum vinum: vnde temulentia. v. Festum in Temetum. *i* adde quę scrip. ad Nou. 22. c. 6. *k v. l. 32. §. 12. ff. de donat. int. vir.* *l* ad mores populi Romani hoc referri oportet. *m* Caius *l. 2. §. 1. §. 2. ff. de diuortiis.* In repudiis, inquit, id est renunciatione, cõprobata sunt hæc verba. *Tuas res tibi habeto.* Item hæc, *tuas res tibi agito.* In spõsalibus verò discutiendis hæc verba probata sunt, *Condicione tua non vtor.* *n* Caius lib. 3. ad leg. XII. Tabul. Si ex lege repudium missum non sit &c. *l. 43. ff. de adulteriis.* *o* dixi hac de re ad *l. 2. §. 1. ff. de diuort.* *p* Illud obseruandum, Repudium inter vxorem & virum à condita vrbe vsque ad 520. (vel vt apud Gellium est DXXIII. *lib.* 4. 3. *c.* 3. Tertullianus *libro de Monogamia:* & in *Apologetico*, post DC. vrbis conditæ,) nullum accidisse. primúmque Spurium Carbilium vxorem sterilitatis causa (id n. olim licuit. *l. 60. in f. ff. de don. int. vir.*) repudiasse 2. *Valer. 1. de primo repudio.* Ad id autem mouebatur, quòd iurauerat apud Censores, vxorem se liberorum quærendorum causa habere. *Gel. 17. c. vlt.* iurisiurandi religionem animo atque amori in eo præuertens *Gel. 4. c. 3.* *q* huc illud Catonis pertinet, Vir, inquit, cùm diuortium facit, mulieri Iudex & pro Censore est, imperium quod videtur habet 10. *Gel.* 23. *r* vniuiræ apud Gentiles admodum commendatæ: hinc, Fortunæ muliebri coronam non imponebant nisi vniuiræ, sicuti nec matri Maturæ. Tertullianus *de Monogamia.* Et alia sacra coronabat vniuira, alia multiuira. Arnob. 7. Mirum certè illud Athanagoræ in Apolog. οὐδὲ δεύτερος γάμος, ἐπιβρέπης ἐστὶ μοιχεία. & illud Tertulliani libr. de Monogamia. Vnum matrimonium nouimus, sicut vnum Deum, qua de re & aliàs dixi. *s* quidam ita legunt *Paterfamiliàs vt legaßit, &c. adde authorem ad Herenn. lib. 1.* *t* §. 3. *Inst. de tutelis.* *v* hoc innuit legitimos tutores à nullo dari, sed lege XII. Tabularum fieri *l. 5. ff. de legit tutorib.* *x adde l. 1. C. de legitima tutela.* *y* Cuiacius 10. *obseru.* 11. motus hac vnica voce putat legem XII. tabularum ita conceptam fuisse, Agnatus proximus familiam nancitor. constat enim ex Festo verbũ Nancitor pertinuisse ad XII. tabulas Festus in *Nancitor*, Nancitor in XII. tabulis id est nactus erit. *z v. 11. Vlp. 3.* *a adde quæ scripsi in Epitome Feudorum. Tit. per quas personas fiat inuestitura.* *b l. 3. C. de legit. Tutela.* *c* sustinet. *d* hunc locum ita accipe, Mulieres filiasfamilias in potestate patrum suorum fuisse: nuptas in virorum manu: orbas innuptas, in fratrum tutela. *e* facit *l. 7. §. 6. Cod. de curat. furiosi. l. 27. vers. sinautem C. de Episcop. audientia.* *f* interpretationem huius loci vide in *l. 53. de verborum significe.* Quid autem gẽtilis v. Festum, Ciceronem in Topicis. Erant autem gentiles, qui non tantum generis, sed & nominis eiusdem, qui ab ingenuis oriundi, quorũ maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt deminuti. Omnes agnati gentiles: at non omnes gentiles agnat. Ailio sensu gentiles apud Ammianum.

2. Vsurarij pœna quadruplum.

Maiores nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt *furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.* Marcus Cato initio libri de re rustica.

De testibus.

TIT. XVI.

DE intestabili. v. ℣. titulo de testamentis. vbi de testamento per æs & libram.

De falso testimonio. v. ℣. Tit. de publicis iudiciis. vbi de falsis.

De Intestatione & manus iniectione. v. ℣. Titul. de iudiciis. c. 4.

De testium citatione & denunciatione. v. ℣. Tit. de iudiciis. c. 4. de obuagulatione.

De nuptiis.

TIT. XVII.

1. Nuptias auspicatò fieri.

APud antiquos non solùm publicè sed etiam priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio priùs sumpto: quo *ex more a nuptiis etiamnum Auspices b interponuntur*: qui quamuis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia vsurpantur. Hæc Valerius 2. c. 1. de nupt.

2. De nuptiis inter patres & plebeios interdictis.

Ne connubium patribus cum plebe esset, non Decem viri tulerunt paucis his annis pessimo exemplo publico, cum summa iniuria plebis? Hæc Liuius 4.

3. De societate bonorum & sacrorum inter virum & vxorem.

Γωμῶκα γαμέτλω κῇ νόμας ἱεροὺς c συνελθοῦσαν αὐδρὶ κοινωνὸν d ἁπάντων εἰς χρημάτων τε καὶ ἱερῶν. Hæc Dionysius Halicarnass. 2.

4. De vsurpata muliere.

Lege non esse vsurpatam e mulierem, quæ cum k al. Ianuariis apud virum causa matrimonii esse cœpisset, ante diem quartum Calendas Ianuarias sequentes vsurpatum isset. Hæc Gell. 3. c. 2. & Macrobius 1. Saturnal. 3.

5. De moribus vxoris *f.*

Si mulier aliquid peccasset pœnam luebat ex læsi (mariti) arbitrio. Idque maximarum pœnarum proprium. Cognati cum marito ea de re iudices erant. Grauiora illa erant φθορὰ σώματος, καὶ εἴτης οἶνον δίρεθεῖν πᾶσα γυνὴ Vtrumque damnauit Romulus *g*, ὡς ἁμαρτημάτων γυναικείων ἴχατα, hæc desumpta sunt ex Dionysio Halicarnass. lib. 2.

Gellius 10. c. 23. Qui de victu, inquit atque cultu populi Romani scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio abstemias egisse. Hoc est, vino semper, quod temetum *h* prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt: institutúmq. vt cognatis osculum ferrent, reprehendendi causa, vt odor indicium faceret, si bibissent (idem refert Plinius 14. c. 13.) Bibere autem solitas ferũt, loream, passum, murinam, &, quæ id genus optant, dulcia. Sed M. Cato non solum existimatas, sed multatas à iudice mulieres refert, non minus *si vinum bibissent*, quàm si pròbrum & adulterium admisissent. Verba M. Catonis adscripsi ex oratione quæ inscribitur de dote, in qua id quoque inscriptum est. & post, Si quid peruersè tetréq. factum est a muliere, *si vinum bibit*, si cum alieno viro probri quid fecit condemnatur. Hæc ille. Plinius idem prope refert *d. loco.* Non licebat, inquit, fœminis Romæ *vinum bibere.* Iuueninus inter exempla, Egnatij Mecennij vxorem, *quòd vinum i bibisset*, è dolio, interfectam fuste à marito, eúmque cædis a Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalibus suis scripsit, matronam quòd loculos, in quibus erant claues *vinariæ cellæ*, resignauisset, à suis inedia mori coactam. & post, Cneus Domitius iudex pronunciauit mulierem videri *plus vini bibisse* quàm valetudinis causa, viro insciente, & dote multauit. Hæc Plinius. Valerius 2. cap. 1. de vsu vini mulieribus interdicto. Vini vsus, inquit, olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consueuit. Cęterùm, vt non tristis earum & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, & abundanti auro, & multa purpura vsæ sunt: & quo formam concinniorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutillarunt. Nulli enim tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur, sed pariter & videre, sanctè, & aspici mutuo pudore custodiebãtur.

6. Si mulier adulterium commiserit.

v. tit. de adulteriis. ℣. eod.

7. Vxor marito sua hæres & quando.

v. tit. de suis & legitimis. ℣.

8. De donationibus inter vir. & vxorem.

Moribus apud nos receptum est ne inter virum & vxorem donationes valerent *l. 1. ff. de donat. inter vir.*

9. De iurgio & fribusculo inter virum & vxorem.

Quoties inter virum & vxorem aliquid iurgij *k* intercesserat, in sacellum Deæ Viriplacæ, quod est in palatio, veniebant *l.* Tum ibi inuicem locuti, quæ voluerãt, contentione animorum deposita, concordes reuertebantur. Dea nomẽ hoc à placandis viris assecuta fertur: veneranda quidem, & nescio an præcipuis & exquisitis sacrificiis colenda: vtpote quotidianæ ac domesticæ pacis custos in pari iugo charitatis 2. Val. 1. de sacello deæ viriplacæ.

10. De repudiis & diuortiis.

Suas res sibi *m* habere iussit & XII. *n* tabulis claues *o* ademit *p.* exegit *q.* Hæc Cic. 2. Philipp.

11. De secundis nuptiis.

Quæ vno *r* contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur 2. Valer. 1.

De Tutoribus & Curatoribus.

TIT. XVIII.

1. De testamentaria tutela.

VErbis legis XII. Tabularum his, *vti legaßit suæ rei ita ius esto*, latissima potestas tributa videretur: & hæredis instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi. l. 120. ff. de verborum signif.

Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege XII. Tabularum, *Vti s legaßit super pecunia, tutelávе suæ rei, ita ius esto.* hæc Vlpian. 11. §. 14.

2. Liberis in potestate positis tutorem à parente dari.

Lege XII. Tabularum permissum t est parentibus, liberis suis siue fœminini, siue masculini sexus, si modo in potestate sint, tutores testamento dare l. 1. ff. de testam. tut.

3. De legitimis tutoribus & de legitima adgnatorum tutela.

Quibus testamento tutor datus non est, his, ex v lege XII. Tabularum adgnati sunt tutores qui vocantur legitimi. Instit. de legitima adgnatorum tutela.

Legitimæ tutelæ, lege XII. Tabularum adgnatis delatæ sunt & consanguineis. l. 1. ff. de legitimis tutoribus.

Per eminentiam legitimi dicuntur, qui ex lege XII. Tabularum introducuntur seu propalam vt adgnatiiseu per consequentiam, vt patroni. Vlpianus 11. §. 3 *x.*

4. Tutelam proximos adgnatos nancisci.

Si plures sint adgnati, proximus tutelam nanciscitur y. Caius lib. 12. ad Edictum Prouinciale, in l. ff. 9. de legit. tutorib.

5. De legitima patronorum tutela.

Ex eadem lege XII. Tabularum, libertorum & libertarum tutela ad patronos, liberósque eorum pertinet, quæ & ipsa legitima vocatur, non quia nominatim in ea lege de ea tutela caueatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem ac si legis verbis introducta esset. Eo enim ipso quòd hæreditates libertorum, libertarúmque, si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos, liberósve eorum pertinere, crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelam ad eos pertinere. Inst. de legitima. patron. tutel.

Tutela legitima, quæ patronis defertur lege XII. Tabularum, non quidem specialiter vel nominatim delata est, sed per consequentias *z* hereditatum, quæ ex ipsa lege patronis datæ sunt. l. 3. ff. de legit. tutorib.

6. De legitima *a* fœminarum tutela.

Fœminarum legitimas tutelas lex Claudia b sustulit c. Vlp. 11. §. 8. in f. Moribus tutor datur mulieri quæ cùm tutore suo lege aut legitimo iudicio agere vult. Vlpian. 11. §. 24. Mulieres omnes, propter infirmitatem consilij, maiores in tutorum potestate esse voluerunt. *Cicero pro Muræna.* Maiores nostri nullam, ne priuatam quidem rem, agere fœminas sine auctore voluerunt: sed in manu esse parentum, fratrum, virorum *d. Liuius* 24. In officiis apud maiores ita obseruatum, vt pupillaris tutela muliebri præferatur. Massurius 3. iuris ciuilis apud Gel. 5. c. 13.

7. De Curatoribus & de Curatore furiosi.

Emancipati furiosis fratribus & sororibus lege *e* XII. Tabularum legitimi curatores erant 15. Cod. de curator. furios.

Lex est. *si furiosus est, agnatorum, gentiliúmque f in eo pecuniáque eius potestas esto.* Cic. 2. de inuentione.

Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant XII. Tabulæ, itáque non est scriptum si insanus, sed, *si furiosus esse incipit.* Cic. 3. Tusculan.

Lex XII. Tabularum furiosum in curatione iubet esse agnatorum. 12. Vlp. 3.

Furiosi, licet maiores vigintiquinque annis sint, tamen in curatione sunt adgnatorum ex lege XII. Tabularum.

8. De

a Prodigus ita definitur qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit, *l.1.ff.de curatorib.* Caius prodigos vocat euertores *1.cap.vlt.* *b* hoc iure Caius quidam Licinius cognomento Hoplomachus à Prætore postulauit, vt patri suo bonis, tanquam ea dissipanti interdiceretur. Valerius 8 Hinc illa formula interdicendi apud Paulum 3.sentent.4.§.7. Quando bona tua paterna auitáque nequitia tua disperdis, liberósque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercióque interdico. huc referenda est lex 18. *ff. qui testamenta*, quæ negat eum cui lege bonis interdictum sit testamentum facere posse. lege, id est XII. Tabularum: & lex 5. *in f.ff.de adquir.hæredit.* qua lege bonis interdictus hæres institutus, hæreditatē adire potest *l.5.in fi. ff.de adquir.hæredit.* Et lex 6. *de verbor.obligat.* quæ eidem interdicto potestatem facit stipulandi.

c *l.16.* ff.*de curatorib.*

d moribus per Prætorem bonis interdicebatur hoc modo. Quando bona tua paterna auitáque nequitia tua disperdis, liberósque tuos ad egestatem perducis, ob eā rem tibi ea re, eóque commercio interdico *Paul.3.sentent.4.* §.7.

e v. Platonem XI. de legib.

f Scæuola de tutelæ iudicio apud Cic.1. *de Oratore*, Alter, inquit, plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII. Tabulis permiserat. Huius dupli damnationis vestigium extat in lege 1. ff. *de his qui notantur*: *l.* 42. ff. *de verbor. signific.*

g *adde* Harmen. 1.*tit.*1.

h ad hāc legem accommodata est lex Falcidia hic verbis *Quicunque Romani sunt, qui eorum post hanc legem rogatam testamentum facere volet, ut eam pecuniam, eásque res quibúsque dare legare volet ita ius esto* & secundo capite *Quicumque ciuis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quā am cuique ciui Romano pecuniam iure publico dare legare volet ius potestásque esto: duo ita detur legatum ne non minus quam quartam partem hæreditatis eo testamento hæredes capiant. Eis quibus quid ita datum, legatúmve erit, ea pecunia sine fraude capere liceto: isque hæres qui eam pecuniam dare iussus damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est* l.1.ff.ad l.Falcid. *i* *l.47.in fi.*ff.*de peculio.l.* 120.ff.*de verb.signific.* *k* i.legibus XII. Tabul. *l* i.fuerit. id est permiserit alij legunt firit Cuiacius 9. obs. 10. sic apud Plaut. in Curatione. Pœnulo, Trinum Bacchid. *m* id est, in teste cieri μαρτυρεῖν, vel ita, si nolit fidem testamenti approbare, cogendum: ac deinceps pro improbo & intestabili habendum. Harmenopulus 1.*tit.*6.*c.* περὶ κεκλυμμένων refert: lege prohiberi in testamento testem esse, qui cum se alicuius testamento subscripserit, testimonium tamen ferre non sustinuerit: qui ne lege quidem vt testimonium ferat compellitur, sed tamen prohibetur in altero testamento ferre testimonium, quin & testari, & ex alieno testamento quidquam percipere. Idem refert Theophilus *Inst.de testamentis ordinandis.* Intestabilis igitur est qui neque ex testamento capere, neque in testamento testis, sed & qui ab omnibus nexus & mancipiorum solennibus sic arcetur, vt nunquam vel eius recipi, vel ei testimonium dici posset. atque ita intestabilis Plauto in milite glorioso.

n Testamentum innuit quod per æs & libram fiebat. de quo v.§. 1. *Inst. de testam. ord.n* 15. *Gell.*27. *Vlp.*20.§.2.3.4.5. 6.7.8 9. His adde quod Priscianus lib.8. refert impuberem libripendem esse non posse neque antestari, eóque loco Antestari passiuè intelligi. de Antestatione dixi ad tit.de Iudiciis §.

o vocabulum priscum fariat enim veteribus pro fari hic veteres aggrediri pro aggredi: moriri, pro mori. Plauto in Trucu. & Rudente F. Hotomanus vir clarissimus legit fateatur.

p *v.§.6. Inst.de testam.ordin.*

q alius testiū numerus requiritur ex XII. Tabulis: alius ex cōstitutionibus ex XII. tab.quinq. sufficiebant. §.1.*Inst. de test. ord. Vlp.* 20.§.2. Ex constitutionibus septem §.3. *Inst. de testam.ord.*

r id est lege XII. Tabularū quod ius antiquum à Scæuola dicitur *l.29* §.7. ff. *de liberis.* habita ratione legis Velleiæ.

s 2.Feud.11.

t Quid si abstinere voluissent? lege XII. Tabularum erant necessarij, id est, siue voluissent siue noluissent tam ab intestato quàm ex testamento hæredes erant. sed hi volentibus. Prætor permisit abstinere §.2.*Inst. de hær.qualit.*

v *v.l.3.j.C.de suis & l.2.d.tit.*

x *adde l.4. C. de legitimis.*

y Ad liberos matris intestatæ hæreditas ex lege XII. Tabularum iure non pertinebat: quia fœminæ suos hæredes non habent. sed postea Antonini & Commodi oratione in senatu recitata, id actū est, vt sine in manu conuentione, matrum legitimæ hæreditates ad filios pertineant exclusis consanguineis & reliquis agnatis. *z* *v.l.14.C.de legit.hær.§.3.v.& hæc quidem inst de legit.adgn.succ.*

a *v.Vlp.*22.§.14.*in fi.* *b* extat huius legis fragmentum in *l.53.*ff.*de verbor.signif.* sæpe inquit comparatum est vt coniuncta pro disiunctis accipiantur: & disiuncta pro coniunctis: interdum soluta pro separatis. Nam cum dicitur apud veteres *adgnatorum gentiliúmque* pro separatione accipitur. *c* *l.9.§.2.*ff.*de liberis & posthum.* *d* *l.7.ff.de bonis damnat.* *e* *l.195.*ff.*de verb.signif.* *f* homo si decesserit & filios non habuerit, dabitis hæreditatem proximo eorum de tribu eius, & possidebit omnia eius. Numerorum 27.

8. De curatore prodigi.

Lege XII.*Tabularum prodigo a interdicitur b bonorum suorum administratio.* Vlp.lib.1.ad Sabinum in l.1.de curatoribus furioso & aliis.

Prodigi, licet c maiores vigintiquinque annis sint, tamen in curatione sunt adgnatorum ex lege XII. Tabularum §.3. Inst. de curatoribus.

Lex XII.*Tabularum prodigum, cui bonis interdictum d est, in curatione iubet esse cognatorum.*12.Vlp.12.

9. De suspectis tutoribus.

Suspecti crimen *ex legibus* XII.*Tabularum e descendit.* Vlpianus l.1.§.2. ff.de suspectis tutoribus: Inst.de suspectis tutoribus.

Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus *vt tutela* XII. Tabulis Cic.3.offic.

10. De tutelæ actione in duplum.

Si ipsi tutores rem pupilli furati sunt, videamus *an ea actione quæ proponitur ex lege* XII. *Tabularum aduersus tutorem in f duplum singuli in solidum teneantur*, & quamuis vnus duplum præstiterit, nihilominus etiam alij teneantur &c.l.55.§.1.ff.de administ.tutor.

De testamentis & legatis.

TIT. XIX.

1. De libera *g* testandi facultate.

OLim lege XII.Tabul.libera erat legandi potestas, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare, quippe cum ea lege *h* ita cautum esset, *Vti quisquam legasset suæ rei, ita ius esto.* Inst. de lege Falcid. in princ.

Vti quisquam legaßit de re sua, ita ius esto. Nou.22.c.2.

Verbis legis XII.Tabularum his, *Vti legaßit suæ rei, ita ius esto*, latissima potestas tributa videtur & hæredis instituendi, & legata & libertates dandi, & tutelas quoq. constituendi: sed id interpretatione coangustatum est vel legum, vel authoritate iura constituentium.l.120.ff. de verb.signif.

Vti legaßit super pecunia, tutelave suæ rei ita ius esto II. Vlpian.12.

Paterfamilias vti super familia, pecuniáve sua legaßit ita ius esto. Author ad Herenn.1.

2. Lege adquiri quod legatum est.

Lege nobis adquiritur legatum i ex lege XII. *Tabularum* 19.Vlp.17.

3. Suos nominatim instituí & exhæredari à patre & auo paterno oportere.

Emancipatos iure ciuili k neque hæredes instituere neque exhæredare necesse est, quia non sunt sui.§.3.Inst.de exhæred.

4. Mater, auúsque Maternus necesse non habent nominatim instituere aut exheredare.

Neque matri filium, filiámve neque auo materno nepotem, neptémve ex filia, si eum eámve hæredem non instituat, exhæredare necesse est, siue de iure ciuili quæramus, siue de edicto Prætoris.§.vlt.in fi.Inst.de exhæredatione.

5. Hæreditates testamentarias lege XII.Tabularum confirmari.

Lege obuenire hæreditatem non improprie quis dixerit & eam quæ ex testamento debeatur: *quia lege* XII. *Tabularum testamentariæ hæreditates confirmantur* l.130.ff.de verb.signif.

6. De testamento per æs ac libram.

Ex iisdem Tabulis id quoque est. *Quæ si erit* [lege *qui se sieri: l*] *testatior* [lege *testarier m*] *libripénsve n fuerit in testimonium* [quidam legunt *ni testimonium feriatur*] (quidam legunt *fariatur o*) *improbus* (quidam ita legunt *improbus quibus*: alij *improbus quoiuis*: alij *improbus ciuis*) *intestabilisque p esto* hæc Gel.15.c.13.in fi. idque ita emendauit Cuiacius ad titul.Inst.de testam.ordinand.ex Codice in bibliotheca Iohannis Biturigum ducis reperto.

7. Testamentum vno eodémque tempore & contextu perficiebatur testibus præsentibus.

Constitutum est *vt vno eodémque tempore quod ius ciuile quodammodo exigebat, testamentum fieret. & post*, ita vt testes quidem & eorum præsentia vno contextu celebrandi testamenti gratia, à iure ciuili descendant: subscriptiones autem testatoris & testium ex sacrarum cōstitutionum obseruatione adhibeantur: signacula autem & testium numerus *q*, ex edicto Prætoris §.3. *Inst.de testam.ordinand.*

Eos qui in vtero sunt, si nati sui hæredes nobis futuri sunt, possumus instituere hæredes (siquidem post mortem nostram nascantur, ex iure *r* ciuili: si vero viuentib. nobis ex lege Iulia. Vlpianus 12.§.19.

De hæreditatibus ab intestato.

TIT. XX.

1. Ius intestati legibus XII.Tabularum angustum.

Angustißimis finibus constitutum per legem XII. *Tabul.ius percipiendarum hæreditatum Prætor ex æquo & bono dilatauit* §.2.Inst.de bonor.possess.

2. De suis & legitimis hæredibus & de liberis in potestate positis.

Intestatorum hæreditates ex lege XII. Tabularum *primum s ad suos pertinent t.* §.1. Inst.de hæred.quæ ab intestato.

3. De emancipato.

Emancipati liberi iure ciuili nihil iuris habent, neque enim sui hæredes sunt, qui in potestate patris esse desierunt neque vllo alio iure per legem XII. *Tabularum vocantur.* sed Prætor æquitate naturali motus, dat eis bonorum possessionem vnde liberi.§.9.Instit.de hæred.quæ ab intestato.

4. De nepotibus ex filio *v* præmortuo.

Lex XII.*Tabularum filio mortuo nepotem vel neptem: pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successionem aui vocat.* §.11.in f.Inst.de hæred.quæ ab intest.

5. De eo qui in vtero.

Ex lege *x* XII.Tabularum ad legitimam hæreditatem qui in vtero fuit, admittitur, si fuerit editus. Inde solet remorari insequentes sibi adgnatos, quibus præfertur si fuerit editus. Inde & partem facit his qui pari gradu sunt, vt puta frater vnus est & vterus: vel patrui filius vnus natus & qui in vtero est l.3.§.vtique 9.ff.de suis.

6. De liberis matri succedentibus.

Lex XII. Tabularum ita stricto iure vtebatur & præponebat masculorum progeniem & omnes qui per fœminini sexus necessitudinem sibi iunguntur adeò expellebat, *vt ne quidem inter y matrem & filium, filiámve vltro citróque hæreditatis capiendæ ius daret* nisi quòd Prætores ex proximitate cognatorum, eas personas ad successionem bonorum, possessione vnde cognati adcommodata, vocabant, Inst.de senatusc.Tertul.in pr.

7. De filiabus & liberis fœminini sexus patri succedentibus.

Lege antiqua XII.*Tabularum omnes z similiter ad successionem ab intestato vocabantur.* quod & Prætores sequuti esse videntur. ideò simplex ac simile ius & in filiis & in filiabus &c.§.5.Inst.de exhæred.liber.

8. De vxore in manu viri & nuru quæ in filij manu.

Intestatorum hæreditates lege XII. Tabularum primùm ad suos hæredes pertinent. sui autem hæredes existimantur liberi qui in potestate morientis fuerint veluti filius filia, *& post.* Idem & in cæteris deinceps liberorum personis datum intelligimus. *Vxor a quoque quæ in manu eius est, quæ filii loco est. ita nurus, quæ in filii manu est: nam & hæc neptis loco est. sed ita demum erit sua hæres si filius cuius in manu erit, dum pater moritur in potestate eius non sit. Idémq.dicimus & de ea quæ in nepotis manu matrimonii causa sit.* Gaius 3.Institutionum apud Ruffinum tit.16. collationis lege Mosaicarum.

9. De legitima adgnatorum & cognatorum successione.

Agnatus agnato mortuo succedit.

Si paterfamilias moritur, familia, pecuniáve eius agnatorum b gentiliúmque esto. Author ad Herennium 1. & 2. de inuent.

10. Agnatus agnato sine liberis mortuo succedit.

Si nullus sit suorum hæredum, tunc hæreditas pertinet ex eadem lege XII. *Tabularum ad agnatos.* Gaius 3. Institutionum apud Ruffinum titul. 16. collationis legum Mosaicarum.

11. Non quiuis agnatus succedit sed proximus.

Aſt si intestatus c moritur, cui suus d hæres nec extabit, proximus familiam e habeto 26.Vlp.1. *His cauū est lege* XII. *Tab.si intestatus moritur cuius hæres nec est, agnatus proximus f fami-*

a Familiæ appellatio qualiter accipiatur videamus & quidem variè accepta est. nam & in res & in personam deducitur. In res, vt putà in lege XII. Tabularum his verbis Agnatu, proximus familiam habeto. Hęc Vlpianus *in l.* 195. §.1. *ff. de verb. sig.*

liam habeatur a (legendum *habeat*) Vlpianus libro singulari sub titulo de legitimis hæreditatibus apud Ruffinum tit.16. collationis legum Mosaic.

Si nemo suus hæres, vel eorum quos inter suos hæredes Prætor vel constitutiones vocant, existat; qui successionem quoquomodo amplectatur, tunc ex lege XII. Tabularum *ad agnatum proximum pertinet hæreditas.* Instit. de legitima agnat. succes. in princ.

Si plures sint gradus adgnatorum, lex XII. Tabularum *proximum vocat.* §.5. Inst. de legitima adgnat. succes.

12. Adgnatus proximus dicitur etiam is qui solus est adgnatus.

In vulgari substitutione qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur, recte substitutus etiam vnicus intelligitur, *exemplo legis* XII. *Tabularum, ex quibus proximus adgnatus & solus habetur*, l.162. ff. de verborum significatione.

13. Vt quis proximus dicatur, mortis defuncti tempus spectatur.

Non omnibus simul adgnatis dat lex XII. *Tabularum hæreditatem, sed his qui tunc cum certum est aliquem intestato b decessisse, proximo gradu sunt.* Caius apud Ruffinum dicto loco.

b facit lex vlt. §. 8. *C. de Curat. furios.* §.6. *Inst. de legitima adgnat. succes.*

14. Sororibus defuncti excludi vlteriores adgnatos.

Si sui hæredes non sint, ad consanguineos, id est fratres & sorores ex eodem patre: si nec hi sunt, ad reliquos cognatos virilis sexus per mares descendentes eiusdem familiæ, intestati hæreditas pertinet. his enim cautum est lege XII. *c Tabularum*, &c. Vlpianus libro singulari sub titulo de legitimis hæreditatibus apud Ruffinum, titul. 16. Collationis legum Mosaic.

Nostræ hæreditates ad fœminas vltra d consanguineorum gradum non pertinent. Itaque soror fratri sororive, legitima hæres est. Amita vero & fratris filea, hæres esse non potest. Gaius apud Ruffinum d. titul. 16.

Soror iure consanguinitatis, tam ad fratris quàm ad sororis hæreditatem admittitur. Paulus 7. sententiarum, sub titulo De testamentorum successionibus, apud eundem Ruffinum dicto tit. 16 *e*.

c quod & ius exploratum dicitur *l.3 C. de legitimis.* Ius XII. Tabularum in *l.* 14 *paragr. vlt. d. titul.*

d §.3. vers. quod ad fœminas Instit. *de legit. adgn. succes.* idque lege Voconia Paul. 4. *sent.* 8. *paragr.* 3.

e adde eundem Paulum 4. *sent.* 8. *paragr.* 3. & Vlp. 26. *paragr.* 6.

15. Post fratres & sorores defuncti succedunt agnati.

Si nec hi (id est consanguinei) ad reliquos cognatos virilis sexus per mares descẽdentes eiusdem familiæ, hæreditas redit. hoc enim cautum est lege XII. *Tabularum.* Vlpianus sub Titulo de legitimis hereditatibus, apud eundem Ruffinum d. tit. 16.

16. Post agnatos succedunt gentiles.

Si nullus agnatus sit, eadem lex XII. *Tabularum gentiles ad hæreditatem vocat.* Gaius 3. Inst. apud Ruffinum dicto titulo 16.

Si agnatus defuncti non sit, eadem lex XII. *Tabularum gentiles ad hæreditatem vocat, his verbis, Signatus* (lege *agnatus*) *nescit f* (lege *nec sit*) *gentiles familiam hæres hanc*, (*familiam hercisciant*, Oisellus, *familiam habeant*, P. Pitheus) nunc nec gentilitia iura in vsu *g* sunt. hæc Vlpianus libro singulari sub Titulo de legitimis hæreditatibus apud eundem Ruffinum d. loco.

f sic apud Festum, in nec, ast ei custos nece sit.

g Intestatorum hæreditas lege XII. Tabularum primum suis hęredibus, deinde agnatis & aliquando quoque gentibus deferebatur. *Paul.* 7. *sentent. apud eundem Ruffinum d. tit* 16. Gaius *libro* 3. *apud eundem Ruffinum.* Illic, inquit, admonuimus gentilitium ius in desuetudinem abiisse.

17. De his qui sunt eiusdem gradus.

Si plures eodem gradu consistunt, simul admittuntur. Paulus 7. sentent. apud Ruffinum d. loco.

18. Si cum fratribus defuncti fratres alterius filij vel nepotes concurrunt.

Si plures sint gradus agnatorum, apertè lex XII. *Tabularum proximum vocat. Itaque si sint defuncti frater & alterius h fratris filius aut patruus: frater solus habetur. i* §.5. Instit. de legitima agnatorum.

h Frater, filio fratris: vel eo non existente, nepoti præfertur. *Paul.* 4. *sent.* 8. *paragr.* 2. *Idem lib.* 7. *sent. apud Ruffinum d. tit.*

i hodie non habetur potior. Nouel. 127. vt fratrũ filij succedant pariter ad imitationem fratrum.

19. Duorum fratrum filij succedunt in capita.

Si defuncti nullus frater exstet, sed sint liberi fratrum, ad omnes quidem hæreditas pertinet. sed quæsitum est, si dispari numero sint, forte nati ex vno vnus vel duo: & ex altero tres aut quatuor, vtrum in stirpes dividenda sit hæreditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita. Iamdudum autem placuit k in capita dividendam hereditatem. Itaque quotquot erunt ab vtraque patre personæ, in tot portiones succedent. Caius 3. Inst. apud Ruffinum d. loco in fine.

Si duorum fratrum sint liberi, non in stirpes sed in capita hæreditas distribuitur, scilicet vt pro numero singulorum viritim distribuatur hereditas, Paulus apud eundem Ruffinum dicto loco.

Omnes fratrum filij patruo suo ab intestato succedunt, *non in stirpes, sed in capita.* Caius 2. Inst. 8. §. penult.

k Videtur hoc ius successionis ex interpretatione prudentum fluxisse. de qua re dixi *ad Nouel.* 118. *c.* 3. *in f.*

l v. Vlp. 27 *paragr.* 5.

m adde l. 4. *C. de legitimis hæredib.*

20. De decimo gradu adgnationis.

Agnationis iure aliquem admitti ad hæreditatem etiamsi decimo gradu sit, siue de lege XII. *Tabul. siue de edicto*, &c. §.5. Instit. de successione cognatorum.

n v. Vlp. 29. *paragr.* 1.

o 10. *Vlp.* 4. 6. 7.

21. De adgnatis capite minutis.

Adgnati capite diminuti l, quique ex his progeniti sunt, ex lege XII. *Tabularum inter legitimos non habentur: sed à Prætore tertio ordine vocantur* §.1. Inst. de successione cognatorum.

p id est, de quo facta confessio est 15. *Gel.* 13. *in fi.* in iure. *v. l.* 4. *C. de repud. hæred.*

22. De fœminis.

Lex XII. *Tabularum nulla discretione sexus cognatos admittit.* Paul. 4. sentent. 8. §.3.

q ærisque debiti iudicatis Ræuard.

Lex XII. *Tabularum simplicitatem legibus amicam amplexa, simili modo, omnes adgnatos siue masculos, siue fœminas cuiuscunque gradus, ad similitudinem suorum inuicem ad successionem vocabat.* §.3. Instit. de legitima adgnatorum successione *m*.

23. De agnatis & cognatis capite minutis.

Legitimæ hæreditatis ius quod ex lege XII. *Tabularum descendit, capitis minutione amittitur* 27. Vlpian. 5.

24. De successione libertorum & iure patronatus.

De patrono eiusque liberis.

Si liberti intestati decesserint, nullo n liberorum relicto, ius quod erat ex lege XII. *Tabularum integrum reseruauit*: §.3. Instit. de successione libertorum.

Hæreditatem libertorum, si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos, liberósve eorum pertinere, Institut. de legitima patronorum tutela.

25. De patrona.

Si libertinus est vel libertina, ad patronum eius legitima hæreditas, patronámve o, lege XII. *Tabularum refertur.* Vlpian. d. titul. 16. apud Ruffinum.

26. De liberto remancipato.

Si is qui decessit liber fuit, ex remancipatione manumissus, lex quidem XII. *Tabularum manumissori legitimam hereditatem detulit.* Sed Prætor æquitate motus decem personas cognatorum ei prætulit has, s. patrem, matrem, filium, filiam, auum, auiam, nepotem, neptem, fratres, sorores: ne quis occasione iuris sanguinis necessitudinem vinceret. sed Imperator noster in heditatibus quæ ab intestato deferuntur, eas solas personas voluit admitti, quibus decimæ immunitatem tribuit: Vlpian. d. loco.

27. Si patronus libertum capitis accusauit.

Qui libertum capitis accusauit, ad legitimam hæreditatem quæ ex lege XII. *Tabularum defertur non admittitur*, l.10. l.11. ff. de iure patronatus.

28. De successionibus quæ fiebant per bonorum venditionem.

Aeris confessi p, rebúsque q iure iudicatis, triginta r dies iusti s sunto. Post deinde t manus iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatum facit v, aut qui x pseudo eo in iure vim dicit y secum ducito, vincito aut neruo z aut compedibus quindecim pondo, ne a minore: aut si volet, maiore vincito. Si volet, suo viuito. Ni suo viuit, qui eum vinctum habebit, libras b farris in c dies dato. erat autem ius interea paciscendi: ac nisi pacti d forent, habebantur in vinculis dies sexaginta e. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur, quantæque pecunia iudicati essent, prædicabatur, Tertiis nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tyberim peregrè venum ibant. Verba legis XII. *Tabularum ea erant, Tertiis nundinis, parteis secanto: si plus minúsve secuerunt, sine fraude esto.* Hæc Gel. 20. c. 1.

r id est, vnus mensis. Ex constitutionibus, iudicati faciendi tempus est duorum mensium, *l.* 2. *C. Theo. de vsuris rei iudicatæ.* hodie quatuor mensium *l.* 2. *C. de vsuris rei iudicatæ.*

s dies iusti hic appellantur ea forma, qua Festus, *in Iustos dies*, Iustos dies appellat, dies triginta quibus exercitu imperato, vexillum in arce ponebatur.

t Cuiacius legit pedeinde ἀρχαικῶς. postidea. *Scaliger apud Festum in Neruum.*

v faxit, ne mut quips endo eo in iure vindex esit secum ducito Ræuard. Porro Nemut ἀρχαικῶς pro nisi Festo.

x quips endo, &c. quips antique, pro quispiam.

y vindicit, id est vindicauerit. eadem forma quo veteres iauit, sonit, *v. Cuiac.* 3. *obseru.* 39.

z Græci hunc neruum vocabant κῶλον *v. Ioseph. Scaliger apud Festum in Neruum.*

a ne maiore, aut si volet, minore *Cuiac. d. loco.*

b Libra S. farris Fornerius 1. *Select.* 6. ita emendat, eo sensu libra S. id est selibra. mouetur illo Plutarchi loco in Camillo ὅσον ἡμέρας ἕκαστος ἐλαμβανεν εἰς τρόφιμα. ὅπερ ἡμιλίτρον φασὶ. quo à Cuiacio non probatur 9. *obs* 37

c endo die. ἀρχαικῶς alij endo die. Indo, pro In. unc Endoitium Endoitium: *Festus* Endoitium. Endoplorato, implorato. *Festus in Endoplorato.* Endoprocinctu, in procinctu *Festus in Endoprocinctu.*

d vestigia huius sententiæ extant *in l.* 60. *ff. de pact. l.* 9. *paragr.* 5. *ff. de iureiurando. l.* 25. *ff. de reb. auctorit. iudicis.*

e hi duo menses non sunt iudicati faciendi seu pignorum vendendorũ vt dixi ad *l.* 31. *in f. ff. de re iudicata.*

f pro portione hæreditaria *l.* 1. *C. de exceptionib.* pro parte competente *l.* 1. *C. de hæreditar. act.* pro portionibus hæreditariis *l.* 1. C. *si certum. l.* 23. C. *familiæ:* pro hæreditariis partibus *l.* 2. C. *de hæreditar. act. adde l.* 2. *paragr.* 2. *ff. de verb. oblig.*

De hæreditariis actionibus.

TIT. XXI.

1. Vt mortuo debitore eius hæredes conueniantur non legatarij.

Creditores hæreditarios aduersus legatarios non habere personalem actionem conuenit, quippe cùm euidentissimè lex XII. *Tabularum hæredes huic rei faciat obnoxios* l. vlt. C. de hæreditariis actionibus.

2. Actiones hereditarias inter coheredes diuidi.

Defuncto creditore, multis relictis hæredibus, *actionem personalem inter eos ex lege* XII. *Tabularum diuidi.* l. 1. C. si vnus ex pluribus hæredibus. Obligatio diuiditur per legem XII. Tabularum. l. 25. §. 13. ff. familiæ.

3. Actiones hæreditarias diuidi inter coheredes pro portionibus hæreditariis.

Ea quæ in nominibus sunt, non recipiunt diuisionem. cùm ipso iure in portiones f hæreditarias ex lege XII. *Tabularum diuisæ sint.* l. 6. C. familiæ.

TIT. XXII.

1. De possessionibus & interdicto vti possidetis.

Gellius 20. c. 9. *Ex iure manu consertum* verba sunt ex antiquis actionibus: quæ cùm lege agitur & vindiciæ contenduntur, dici nunc quoque apud Prætorem solent.

a Festus *in Superstites.* Superstites testes præsentes significat; cuius rei testimonium est quòd superstitibus præsentibus, ij inter quos controuersia est, *vindicias sumere iubentur.* *b* Iosephus Scaliger apud Festum d loco hanc legem ita refert, *sei quei in iure manum conserunt, vtreique superstitibus* (id est testib.) *præsentibus vindicias sumito.* *c* lege in hac in iure formula vtebatur, Fundus qui est in agro qui Sabinus vocatur, ego eum ex iure meum esse aio: inde ego te ex iure manu consertum voco. Citatus verò reus hac formula vtebatur. vnde tu me ex iure manu consertũ vocasti inde ego te reuoco. Idque ex Cicerone pro Muræna colligi potest.

e v. consuetudinem regni Daciæ. c. 2. extra de consuetudine de qua dixi ad *l.* 25. C. *de donationib.*

f adde Arnob. 4. *aduers. gentes.*

g Cuiacius ita emendat. 5. *obseruat.* 22.

h de duplis fructibus *v. Cuiac. d. loco.*

i vide quæ scripsi ad *l.* 14. C. *de liberali.*

k adde Senecam 3. *Controuers.* 9.

l homines apud sequestres deponi potuisse testatur Vlpianus *l.* 7. *ff. depositi.* Plautus in Mercatore, ibi Imò sequestio mihi data est.

m Obserua calumniosam legis interpretationem & restrictionem.

n Catus libro 4. ad legem XII. Tabularũ Glandis appellatione fructus omnis cõtinetur vt Labeo ait. ex exemplo Græci sermonis, apud quos, omnes arborum species ἀκρόδρυα. id est extremitates arborum, appellantur *l.* 236. *in f. ff. de verb signif.*

o vsus & auctoritas, hîc, est vsucapio Horat. 2. *epistol.* Quædam, si credis consultis, mancipat vsus. per vsum adquirere est vsucapere *l.* 19. *ff. ex quibus causis maiores.*

p an & ædium? sic videtur. Cicero *in Topicis.* Quòd in re pari (inquit) valet, valeat & in hac, quæ par est: vt quoniam vsus authoritas fundi, biennium est: sic etiam ędium. at (lege *ersi*) in lege ædes non appellantur, & (lege *nec*) sunt cæterarum omnium, quarum annuus est vsus, hæc ille. quid seruitutes? viam, iter, actum, aquæductum, qui biennio vsus nõ est, amisisse videtur *v. Paul.* 1. *sent.* 17. *paragr.* 1. * hoc ius abrogatum est. Nam hodie res mobiles per triennium: Immobiles, decennio inter præsentes: vicennio inter absentes vsucapiuntur. *Inst. de vsucap. l.* 13. C. *de seruitutibus. Paul.* 5. *sentent. paragr.* 3. * hodie non solum in Italia, sed in omni terra, quæ imperio Romano gubernatur res mobiles triennio: res immobiles decennio inter præsentes, vicennio inter absentes vsucapiuntur. *Inst. de vsucapio.*

q Atinia *l.* 33. *ff. de vsucap. Gellius* 17. *cap.* 7. legis, inquit, Atiniæ verba sunt: Quod surreptũ erit, eius rei æterna authoritas esto.

r omnino sc. adeo vt bona fides possidentem non iuuet *d.* §. 2. *l.* 24. *ff. de vsucap. s l. vlt. ff. vi bonorum rapt.*

t l. 33. *paragr* 2. *ff. de vsucap.*

v authoritas quid esset superius explicatum est.

x de vsurpatione *v. l.* 2. *de vsucap.* vsurpationis verbum ex XII. Tabul esse hinc constat. & quidem Appius Claudius proximè post XII. Tabulas de vsurpationibus scripsit *l.* 2. *paragr.* 36. *ff. de origine iuris.* de vsucapionibus etiam aliquid ex Quinto Mucio hîc affertur à Gellio & Macrobio. sic longa possessio ius sepulchri non tribuit ei, cui iure non competit *l.* 4. *ff. de mortuo inferendo.* lege naturæ communique gentium iure sancitum est, vt nihil mortales à diis immortalibus vsucapere possint. Cic. in oratione de Aruspicum responsis.

y nox pro noctu.

z id est, eum. Dicitur autem hæc particula à nominatiuo Is. *Macr.* 1. *Satur.* 4.

a vt tamen is qui occidit, cum clamore testificetur *l.* 4. *in fi. ff. ad l. Aquil.* Quæ verba, restrictionis loco à Iurisconsultis adiecta sunt.

b adde Senecam 10. *Controuers. vlt.*

c hac voce veteres vt sæpius vsi sunt, vt in *l.* 2. *ff. de furib. balnearis. l.* 4. *ff. ad l. Aqual. de interdiario fure dixi ad l.* 54. *paragr.* 2. *de furtis.*

d Caius libro 1. ad legẽ XII Tab. Telũ vulgo appellatur quod arcu mittitur. sed nũc omne significatur quod mittitur manu *v. l.* 233. *paragr.* 2. *de verb signif.*

e vel si parcere ei sine periculo suo non potuit *l.* 9. *ff. de sicar.* quæ verba non sunt legis XII. tab. sed interpretationis Edicti ad legem XII. adcõmodatę

solent. *& post, ex Ennio.* Non ex iure manu consertum, sed mage ferro Rem repetunt, regnúmque petunt, vadunt solida vi *& post*, Manum conserere, est de qua re disceptabatur in re pręsenti, siue ager, siue quid aliud est, cùm aduersarium simul manu prehenderet, in ea re omnibus verbis *vindicare*: id est vindicia *a* correpta manu in re atque in loco præsenti, apud Prætorem ex XII. Tabulis fiebat. In quibus ita scriptum est, *Si qui in b iure manum conserunt.* Sed postquam prætores propagatis Italiæ finibus, datis iurisdictionibus negotiis occupati, pacisci (lege proficisci) vindiciarum dicendarum causa longinquas res c grauabantur, institutum est contra XII. Tabulas tacito consensu, *vt litigantes non ex iure apud Prætorem manum consererent, sed ex iure manu consertum vocarent d:* id est alter alterum ex iure ad conserendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret. Atque profecti simul in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, vti vnam glebam, in ius in vrbem ad prætorem deferent: & in ea gleba *e*, tanquam in toto agro vindicarent. Idcirco Ennius significare volens bellum, non vt ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex iure manu consertum, sed bello ferróque, & vera vi atque solida: quod videtur dixisse conferens vim illam ciuilem & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret cum vi bellica & cruenta. Hæc Gellius ad verbum.

2. Si iudex falsam vindiciam in causa libertatis tulerit.

Vindiciæ *f* appellantur res eæ, de quibus controuersia est, quod potius dicitur ius, quæ sit inter eos, qui contendunt. *& post*, De quo verbo Cincius sic ait, Vindiciæ olim dicebantur illæ, quæ ex fundo sumptæ: in ius adlatæ erant. At Ser. Sulpicius * iam [*lege* nomine etiam] singulariter formato vindiciam esse ait [*lege* rem] qua de re controuersia est ab eo quod vindicatur & in XII. *Si vindiciam falsam tulit* * (lege *rei*) *si velit is* (lege *siue g litis*) *arbitros très* (quidam legunt *tot arbitros æris*) *dato, eorum arbitriis fructus* (quidam legunt *frucți*) *duplione h damnum decidito.* Hæc Festus *in voce Vindiciæ.*

Initium fuisse secessionis dicitur Verginius quidam. qui cum animaduertisset Appium Claudium *contra ius, quod ipse ex vetere iure in* XII. *Tabulas transtulerat, vindicias suas à se abduxisse*, & secundum eum, qui in seruitutem ab eo suppositus petierat dixisse: captúmq. amore virginis omne fas ac nefas miscuisse, indignatus, quòd *vetussima iuris obseruantia*, in persona filiæ suæ defecisset, vtpote cùm Brutus, qui primus Romæ consul fuerat, *vindicias i secundum libertatem dixisset*, in persona Vindicis *k* Vitelliorum serui, qui proditionis coniurationẽ indicio suo detexerat, & castitatem filiæ, vitæ quoque eius præferendam putaret: arrepto cultro de taberna lanionis, filiam interfecit. Hæc Pomponius *in l.* 2. §. 24. *vers. initium. ff. de origine iuris.*

Appius Claudius M. Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in seruitutem assereret, neq. cederet *secundum libertatem postulantib. vindicias*: quod pater puellę abesset, locum iniuriæ esse ratus, virgini venienti in forum minister manum iniecit, serua sua natam, suamque seruam appellans esse, sequique se iubebat, cunctantem vi abstracturum. *& post*, fit concursus. *& post*, Iam à vi tuta erat, cùm assertor nihil opus esse multitudine concitata ait, se iure nõ vi grassari: vocat puellam in ius. ad tribunal Appij peruentum est. notam iudici fabulam petitor peragit. puellam domi suæ natã, furtóq. inde in domum Virginij translatam, suppositámque ei esse, id se iudicio compertũ afferre. Aduocati puellę cùm Virginium Reipublicæ causa dixissent abesse, biduo affuturũ, si ei nunciatum sit: iniquum esse absentẽ de liberis dimicare: postulant vt rem integram in patris aduentum differat: *lege ab ipso lata Vindicias l det secundum libertatem*, neu patiatur Virginem adultam famæ prius, quàm libertatis periculum adire. Appius decreto præfatur, quam libertati fauerit, *eam ipsam legẽ declarare*, quam Virginij amici postulationi suæ prætendant. Cęterùm ita in ea firmum libertati fore præsidium, si nec causis, nec personis variet. In *m* his enim quæ asserantur in libertatem, quia quiuis lege agere possit, id iuris esse: in ea quæ in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat. Placere itaq. patrem accersiri: interea iuris sui iacturam assertorem non facere, quin ducat puellam, sistendámq. in aduentum eius, qui pater dicatur promittat, *& post*, Id quod constat, nudum videtur proponendum, *decresse vindicias secundum seruitutẽ, & post.* I, lictor summoue turbam & da viam domino ad præhendendũ mancipium. Cùm hæc innotuisset plenus iræ, tum Virginius, Quæso, inquit, Appi, primum ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum inuectus: deinde sinas hîc coram virgine nutricem percontari, quid hoc rei sit, vt si falsò pater dictus sum, æquiore hinc animo discedam. Data venia, seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ ad tabernas, ibique ab lanio cultro arreptó, *Hoc te vno quo possum, ait, modo filia in libertatem vindico*, pectus deinde puellę transfigit, respectánsque ad tribunal; Te, inquit, Appi, tuúmque caput hoc sanguine consecro. Hæc Liu. 3.

3. De arboribus cædendis.

Quod ait Prætor & lex XII. Tabularum efficere voluit, *vt quindecim pedes altius rami circumciderẽtur.* & hoc idcirco effectum est, ne vmbra arboris vicino prædio noceret. *l.* 1. §. *ff. de arboribus cædendis.*

4. De arboribus vicini fundo.

Si arbor ex vicini fundo inclinata in tuum fundũ sit, ex lege XII. Tabularum de adimenda ea recte agere potes, ius ei non esse ita arborem habere. *l. vlt. ff. de arb. cęd.*

5. De glande legenda.

Cautum est lege XII. Tabularum, *vt glandem n in alienum fundum procidentem liceret colligere.* Hæc Plin. 16. c. 5.

De vsucapionibus.

TIT. XXIIII.

2. Immobilia biennio: mobilia anno vsucapi.

L *Ex iubet vsum & authoritatem o fundi p, esse biennium* * Cicero pro Cecinna: *cæterarum rerum annuus est vsus.* Idem in Topicis. Instit. de vsucapionib. *l.* 13. Cod. de seruitutibus.

2. Titulus in vsucapione requisitus.

Iure ciuili constitutum fuerat vt qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cùm crederet eum dominum non esse rem emerat, vel ex donatione alicuius quauis iusta causa acceperit vsucaperet. Inst. de vsucapionibus.

3. Quibus in locis annalis & biennalis vsucapio locum habuerit.

Iure ciuili constitutum fuerat *vt res mobiles, anno vbiq. vno: immobiles, biennio tantum in Italico * solo vsucaperentur.* Inst. de vsucap.

4. Res furtiuæ aut vi possessæ non vsucapiuntur.

Furtiuarum rerum lex XII. *Tabul. & lex Atilia q inhibent r vsucapionem*: vi possessorum, lex *s* Iulia & Plautia. *t* §. 2. Inst. de vsucapionib.

5. Res ciuium Romanorum à peregrino non vsucapi.

Hostis apud maiores nostros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus. Indicant enim XII. Tabulæ *Adversus hostem æterna auctoritas v esto.* hæc Cic. 1. offic.

6. De muliere vsucapta & vsurpata.

Quintum Mutium iurisconsultum dicere solitum, *lege non esse vsurpatam x mulierem, quæ cùm Kalendis Ianuariis apud virum causa matrimonii esse cœpisset, ante diem quartum Kalendas Ianuarias sequentes vsurpatum esset.* Non enim impleri posse trinoctium, quod abesse a viro vsurpãdi causa ex XII. Tabulis deberet, quoniam tertiæ noctis posteriores sex horæ alterius anni essent *Gel.* 2. *in f.* 3. qui inciperet ex Kalendis. Virgilius quoque id ipsum estendit; Torquet (inquit) medios nox humida cursus. Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis. *Macrob.* 1. *Saturn.* 3.

7. De vestibulo sepulchri.

Quòd forum, id est vestibulum sepulchri, bustúmve vsucapi vetat, tuetur ius sepulchrorum. Cic. 2. de legibus.

De priuatis delictis & de furto.

TIT. XXIIII.

1. Nocturnum furem quoquo modo posse occidi.

NOn abs re puto hoc loco id quoq. admonere, quod Decemuiri in XII. Tabulis inusitatissime. Nox proy noctu dixerunt. verba hæc sunt: *Si nox furtum factum sit si im z aliquis occisit, iure cæsus esto a.* Macrob. 1. Saturn. 4.

Cicero pro Milone, XII. *Tabulæ nocturnum furem quoquo modo interfici impunè voluerunt b.*

Caius *in l.* 4. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* lex XII. Tabularum *Furem noctu deprehensum occidere permiserit.*

Gellius 11. c. 18. Decemuiri nostri post reges exactos leges quibus P. Romanus vteretur in XII. Tabulis scripserunt. *Furem qui manifesto furto prehensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut cùm faceret furtum nox esset*, aut interdiu se telo, cùm prehenderetur, defenderet.

2. Interdiarium furem se defendentem posse occidi.

Furem interdiu c deprehensum non aliter occidere lex XII. *Tabularum permisit, quam si se telo d defendat.* Caius in *l.* 54. §. 2. ff. de furtis.

Interdiu deprehensum furem ita permiserit lex occidere, si is se telo defendat, vt tamen æquè cum clamore testificetur *e l.* 4. in fi. ff. ad l. Aquil.

a ita vt qui hoc modò interfecerit, Plato 9. *de legibus.* κἀκοῦργον εἶ) profiteatur.
b virgis, sed hæc pœna in duplum & quadruplum postea mutata est *l.*50. *ff. de furtis.* 11. *G. l.*18. lege Draconis quoduis furtum etiam modicum, capitale erat: lege Solonis dupli pœna erat 11. *Gel.*18.
c *in fi. ff. ad l. Aqu. l.* 14. *ff. de Silaniano: l.*23. *ff. de furtis: l.*111. *ff. de de regula iuris.*
d Cato *initio de re rustica* Maiores, inquit, nostri sic habuerunt itaque in legibus posuerunt, furem dupli damnãdum: fœneratorem quadrupli.
f dixi ad *l.* 18. *C. de donationib.*
g hoc verbum nõ accipio simpliciter pro agere, sed pro pacisci: nam inter cætera, adorare significat propitiare, Nonius in ador: & alloqui Apuleius 2. infusa aqua populũ sic adorat. & lib. x. ad istum modum seniore adorante. Constátque de furto pacisci *l.*7. §.14. *in f. ff. de pactis.* ac decidere licuisse *l.* 7. ff. *de condict. furtiua. decidere inquam ex legibus l.*3. *C. de furtis. adde l.* 61. §.1. ff. *de furtis.*
h furtũ Ræuard.
i erit, duplione luito Ræuard.
k Labeo lib.2. de XII. Tabulis acria & seuera iudicia de furtis habita apud veteres scribit.
l hoc quid sit, dixi ad §. 4. *Inst. de obligat. quæ ex delicto.* sed præstat id ex Festo audire. Lãce & licio inquit Fest. *in Licio* dicebatur apud antiquos quia is qui furtum ibat quærere in domo aliena licio cinctus intrabat lãcémque ante oculos tenebat propter matrũfamilias & virginum pudorẽ. Quæri tamẽ potest, qui ita oculos tegeret, quid videre posset, quóve modo furtum conciperet. vt non iniuria Iosephus Scaliger ad illũ locum Festi dixerit, nescio aliã interpretationẽ. v. apud Pitheum 1. aduersar. 2. *ad de l.*1. *C. Theod. de hab tu.*
m Requisitio rei furtiuæ hodie secundum veterem obseruationem non fit, & merito ex consequentia, præfatæ actiones (concepti scilicet & oblati furti prohibiti, non prohibiti) ab vsu communi recesserunt. *d.* § 4.
n Tigni appellatione in lege XII. Tab. omne genus materiæ, ex qua ædificia constant significantur *l.*68. ff. *de verbor. signif.*
o antiqui Tignom.
p iunctom, antiquè.
q vineæve.
r lege concapes lignum coneapes quod habet caput suum, cum capite vineæ commissum. Caput vineæ est radix ipsa: cætera dixi ad *l.*1. ff. *de tigno iuncto.* Est qui ita legit vincaiq. & capulo ne soluito Bossius 1. ad Attic. 19. legit è compage.
s *v.* §. 29. *Inst. de rer. diuis.*
t ex lege XII. Tab. dabatur actio, arborum furtim cæsarum *l.*1. ff. *arborum furt. cæs.*
u & maximè vites. hi enim tanquam latrones puniuntur, Caius lib.1. ad legẽ XII. Tab. & *l.*2. ff. *arborum furt. cæs.* Porrò arborum appellatione id non continetur quod adeò tenerum est, vt herbæ loco sit, Caius libro ad legem XII. Tabul. in *l.*4. ff. *arborum furtim cæsarum.*
x sacratúmque Lips. 4. Epistol. 27. id enim frequens in formulis Cereri sacer esto. Ioui sacer esto.
y id est Consulis. Nam Decemuirorum tempore haud tum creati Consules, sed id nomen Consulibus erat. Varro apud Nonium. Iidem dicebantur Consules & Prætores: quod præirent populo, Prætores: quod consuleret senatum Consules.
z noxæve duplionem decerni. ita emendat Lipsius.
a & hæc quidem pœna ad omnes personas edicto fuit redacta *arg. l.*7. *in fi. ff. arbor. furtim,* idq. euidentius ex Paulo perspicitur: siue segetes, inquit, per furtũ, siue quęlibet arbores cæsæ sint, in duplum eius rei nomine reus cõuenitur. *Paul.* 2. *sent.* 32. §. 21.
b *adde l. pen. C. de leg. Aqu. Paul.* 1. *sent.* 15. *paragr.* 1.
c appellatione ædium omnes species ædificij cõtinentur *Caius lib.*4. *ad l.*XII. *Tabul. in l.* 9. ff. *de incendio.*
d sciens s. & prudens. nam si casu aut negligentia: aut noxiam sarcire iubetur, aut si minus idoneus sit, leuius castigatur *Caius d. loco.*
e *v. l.*28. *paragr.* 10. ff. *de pœnis.*
f i. vigintiquinque asses: asses, inquam, librales. 20. *Gel.*1.
g pœnæ.
h Fr. Hotomanus vir de iure Romano & antiquitate meritissimus in disputatione de Aureo Iustinianeo hunc locum ita legit Iniuriarum actio legitima est ex lege XII. Tabul. qua qui iniuriam 25. æris pœnam subit. quæ lex generalis non fuit. nam qui os fregit, si libero 300: si seruo 150. assiũ pœnã subit. profluxit autem is error ex notarium imperitia, dum librarij 1. pro LLS sumpserunt, & è contra. qui error apud Plin. frequens.
i Locus est corruptus.
k ab antiquo paco, quod est pacisci. v. Festum in voce *Pacionẽ.*
l Talionem Imperatores dixẽre reciproci pœnam in *l.*3. *C. Th. de exhib. reis*: reciprocos pœnæ incursus *l.* 7. *C. Theod. de accusat.* Tertul. 2. *aduersus Marcionem,* Timor talionis per eundem saporẽ passionis. Nihil amarius, quàm id ipsum pati quod feceris aliis. de Talionis pœna & exẽplis dixi multis locis. *Nou.* 60. c. 1. *Nouel.* 115. c. 3. §. 13. *Nou.* 123. c. 11. *Nouel. Leonis* 60. Lex Talionis iusta sit néne, vide apud 20. *Gel.* 1
m Legibus XII. Tab. capitale fuit conuicium, carmén ve in alterius iniuriam facere. Secuta est alia pœna, fustuaria sc. Horat. epist. ad Augustum, Quin etiam lex, Pœnáque lata malo quæ nollet carmine quenquam Describi, vertere modum formidine fustis, Ad benedicendum delectandúmq. redacti. adde Cornutum in Persium. Tertia successit pœna infamię de qua *v. l.*5. §. 9. §. 10. *ff. de iniur.* hodie pœna famosi libelli, capitalis *l. vn. C. de fam. libel.*
n occẽtassint antiqui dicebant quod nunc conuicium fecerint dicimus, &c. Festus in *occentassit.* & hoc quidem verbo maledictum & conuitium prohibetur *Paul.* 5. *sent.* 4. §. 18.
o Psalterium, canticũ, *Paul.* 5. *sent.* 4 *paragr.* 15. famosos libellos *paragr.* 16: librum *l.* 5. §. 9. *ff. de iniur.* ἐπιγράμματα *d. l.* 5. §. 10. Famosum carmen quod legibus XII. Tabul. vindicatum testatur *Paul.* 5. *sent.* 4. *paragr.* 6. *l.* 21. *ff. de testibus: l.* 18. *in fine. ff. qui testamenta.* Carmen malum, quo fama alterius conquinatur & vita *Arnob.* 4. *contra gentes. Horat.* 2 *satyr.* 1. si mala condiderit in quem quis carmina, Ius est iudiciúmque. Carmen ad alterius iniuriam conditum *Cic.* 4. *Tuscul.*

Duodecim Tabulæ, furem diurnum, si se telo defenderit, interfici impune a voluerunt Cicero pro Milone.

Decemuiri qui post reges exactos leges quibus P. Romanus vteretur in XII. Tabulis scripserunt *furem tum demum occidi permiserunt, si interdiu se cum telo, cùm deprehenderetur, defenderet* II. Gel. 18.

Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. quamobrem? quia ius nullum constitutum est. Quid si se telo defenderit? non iniuria. quid ita? quia constitutum est. Oratio pro M. Tullio apud Quintil. lib. 5.

Hoc & in legibus antiquis secularibus inuenitur, *impunè occidi nocturnum furem quoquo modo: diurnum si se cum telo defenderit: iam enim plus quàm fur est.* August. II. super Exod.

3. De pœna furis manifestò deprehensi.

Decemuiri nostri qui post reges exactos leges quibus P. Romanus vteretur in XII. Tabulas retulerunt neque pari seueritate in puniendis omnium generum furibus, neque remissa nimis lenitate vsi sunt. *Furem qui manifesto furto præhensus esset, tum demum occidi permiserunt si aut cùm faceret furtum nox esset,* aut interdiu se cum telo defenderet. *Ex cæteris autem manifestis furibus, liberos verberari b, addiciique iusserunt ei cui furtum factum esset, si modò id luci fecissent, neque se telo defendissent. Seruos autem furti manifesti prehensos, verberibus affici & è c sacco præcipitari. pueros impuberes d Prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxámque ab his factam sarciri* hæc Gell. II. c. 18.

4. De pœna furti non manifesti.

Aliis furtis omnibus quæ non manifesta appellantur pœnam imposuerunt dupli e hæc Gell. II. c. 18.

5. De furto pacisci *f* licet.

Nec coniunctionem Grammatici fere dicunt esse disiunctiuam, vt Nec legit, nec sentit: cùm si diligentius inspiciatur, vt fecit Sinnius Capito, intelligi possit eam positam esse ab antiquis pro non, vt & in duodecim est. *Si adorat g furto h, quod nec manifestum erit i.* & apud Plautum in Phasmate. Nec recte si illi dixerim: & Turpillium in Demetrio. Nec rectè dici mihi quod iamdudum audio. hæc Festus in voce Nec.

6. De furto *k* per lancem & licium concepto.

Decemuiri in XII. Tabulis *ea furta qua per lancem l & licium concepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicauerunt.* hæc Gell. II. c. 18.

Furtorum quæstiones *cum lance & licio euanuerunt m.* hæc Gel. 16. c. 10.

7. De Tigno iuncto.

Tignum *n* non solum in ædificiis quo vtimur appellatur, sed etiam in vineis, vt est in XII. *Tignum o iunctum p ædibus vineæque q & concapu r ne s soluito.* hæc Festus in Tignum.

Lex XII. Tabularum, tignum ædibus iunctum vindicare posse scit, sed interim id solui prohibuit pretiúmq. eius dari voluit l. Qui res 98. in fi. ff. de solutionibus. Tignum alienum ædibus iunctũ nec vindicari potest propter leges XII. Tabul. nec eo nomine ad exhibendum agi nisi aduersus eum, qui sciens alienum iunxit ædibus: sed est actio antiqua de Tigno iuncto quæ in duplum ex Lege XII. Tabular. descendit l. in rem 23. §. Tignum. 6. ff. de rei vind.

8. Arborum furtim cæsarum.

Fuit & arborum cura legibus, cautúmque est XII. *t* Tabulis vt *qui iniuria arbores v alienas cecidisset, lueret in singulas æris* XXV. hęc Plin. 17. c. 1. Colonus, cum quo forte propter succisas arbores, siue è lege XII. Tabular. de arborib. succisis siue è lege Aquilia damni iniuria, siue interdicto quod vi aut clam postea conuenietur per exceptionem iurisiurandi defendi poterit l. in duobus 28. §. colonus. 6. ff. de iureiurando.

9. De pastu, sectionéque frugum.

Frugem aratro quæsitam furtim noctu pauisse aut secuisse puberi XII. *Tabulis capitale erat: suspensúmque x Cereri necari iubebant grauius quam in homicidio cõuictum. Impuberem Prætoris y arbitratu verberari, noxámque z duplione a decerni.* hæc Plinius 18. cap. 3.

10. De pastu pecoris.

Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eámque ego immisso pecore depascam: Aristo scribit, non sibi occurrere legitimam actionem qua experiri possim. Nam neque ex lege XII. *Tabularum de pastu pecoris b, quia nec in tuo pascatur*: neque de pauperie, neque damni iniuria agi posse. in factum itaque erit agendum l. 14. in fi. ff. de præscriptis verbis.

11. De sarptis vinæis.

Sarpuntur vineæ id est putantur vt in XII. quandoque sarptæ, donec dempta erunt Festus in sarpuntur.

12. De incendio.

Caius libro 4. ad legem XII. Tabularum, *Qui ædes c aceruúmve frumenti iuxta domum positum combusserit d, vinctus, verberatus igni e necari iubetur.* l. 9. ff. de incendio.

De iniuriis.

TIT. XXV.

1. Pœna iniuriarum ordinaria vigintiquinque asses.

NOnne tibi videtur esse dilutum, quod de iniuria punienda scriptum est, *Si iniuria* [lege *iniuriam*] *alteri faxit, vigentiquinque æris f pœna g sunto.* Quis enim erit tam inops, quem ab iniuria facienda [Pitheus legit iniuriæ faciendæ libidine] vigintiquinq asses deterreant? & post, Lucius Neratius pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum seruus sequebatur crumenam assium plenam portans: & quemcunque depalmauerat, numerari iratim, *secundum* XII. *Tabul.* 25. *asses iubebat.* Propterea Prętores hanc legem abolescere & relinqui censuerunt, iniuriisque æstimandis recuperatores se daturos, edixerunt: *& post,* non omnino omnes iniurias ære isto pauco diluerunt, tametsi hæc ipsa paucitas assium, graue pondus æris fuit. Nam librariis assibus in ea tempestate pòpulus vsus est: sed iniurias atrociores vt de osse fracto, non liberis modo, verùm etiam seruis factas impensiore damno vindicauerunt. hæc Gellius 20. c. 1.

Paulus libro singulari, & titulo de iniuriis apud Ruffinum Titul. 2. Collationis legum Mosaicarum. Iniuriarum *h*, inquit, actio aut legitima est aut honoraria. legitima ex lege XII. Tabul. *Qui iniuriam alteri facit quinque & viginti sestertiorum pœnam subit. quæ lex generalis fuit libero trecentos i: seruo CL. pœnam subito sextertiorum.*

2. De membro aut osse fracto & Talione.

Phauorinus, Nonnulla autẽ in istis legibus nec consistere quidem (sicut dixi) visa sunt. Velut illa lex Talionis, cuius verba (nisi memoria me fallit) hæc sunt, *Si membrum rupit* [Festus legit *rapserit* in voce Talionis] *meum, è pacto* (*ni cum eo pacit k.* Festus ita legit d. loco) *talio l esto.* Hæc Gellius 20. c. 1. purior est autem lectio Festi quàm Gellij.

Pœna iniuriarum ex lege XII. *Tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat*: propter os vero *fractum, nummariæ pœnæ erant constitutæ,* quasi in magna veterum paupertate: & post, sed pœna iniuriæ, quæ ex lege XII. Tabularum introducta est, in desuetudinem abiit. hæc Iustinianus in §. 7. Inst. de Iniuriis.

3. De conuitiis & famosis libellis.

Nostræ XII. Tabulæ, cùm perpaucas res capite *m* sanxissent, in his quoque hanc sanciendam putauerunt. *Si quis actitauisset* (legunt nonnulli *occentasset n*) *siue carmen o condidisset, quod infamiam faceret, flagitiúmve alteri*: hæc Cicero 4. de Republica apud Augustinum 2. de ciuitate Dei 9. Ræuardus ita hanc legem restituit. Si quis occentassit, actitassit, siue carmen condidissit, quod infamiam faceret, flagitiúmve alteri precaretur, capite pœnas luito.

De extraordinariis criminibus.

TIT. XXVI.

1. De termino moto.

Secunda lex, Pœnáque lata malo quæ nollet carmine quenquam Describi, vertere modum formidine fustis, Ad benedicendum delectandúmq. redacti. adde Cornutum in Persium. Tertia successit pœna infamię de qua *v. l.*5. §. 9. §. 10. *ff. de iniur.* hodie pœna famosi libelli, capitalis *l. vn. C. de fam. libel.*

Numa

NVma *a* Pompilius ſtatuit, eum *qui terminum exaraſſet & ipſum & boues eius ſacros eſſe*, Feſtus in Termino.

Hanc legem ita reſtituit Ioſephus Scaliger, *Quei terminom exaraßit, ipsus & boueis sacrei sunto.*

2. De Præuaricatione Patroni aduerſus Clientem *b*.

Seruius ad illos verſus Virgilij 6. Aeneidos 609. 610. Hic, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat, pulſatúſve parens, & fraus innexa clienti. Ex lege, inquit, XII. Tabularum venit, in quibus ſcriptũ eſt. *Patronus ſi clienti c fraudem fecerit, ſacer eſto.* Hæc ille.

3. De collegiis illicitis.

Duodecim tabulis cautum eſſe cognoſcimus, *Ne quis in vrbe cœtus nocturnos agitaret*: deinde lege Gabinia promulgatum, qui conciones vllas in vrbe conflauiſſet, more maiorum, capitali ſupplicio multaretur. de te itaque Catilina ſciſcitor, tunc cœtus iſtos commilitonum tuorum *contra præcepta* XII. *Tabularum*, contra leges noſtras, contra ſenatus ac plebis authoritatem, noctu cogendos eſſe putauiſti? hæc Porcius Latro in declamatione aduerſus Catilinam.

De publicis iudiciis.

TIT. XXVII.

1. De accuſationibus.

Interfici indemnatum d quemcunque hominem, etiam XII. *Tabularum* decreta vetuerunt. Hæc Saluianus epiſcopus Maſſilienſis 8. de iudicio & prouidentia.

2. De Maieſtatis crimine.

Lex XII. *Tabularum iubet eum, qui hoſtem concitauerit, quive ciuem hoſti e tradiderit, capite puniri.* Marcianus in lege 3. ff. ad legem Iuliam maieſtatis.

3. De Adulteriis.

Matronas proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui maiorum *f* more *de communi g ſententia cocercerent h, Tiberius author fuit.* Suetonius in Tiberio capite 35.

4. In adulterio vxores deprehenſas ius fuiſſe maritis necare.

In adulterio vxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impunè necares: illa te (ſi adulteraret) digito non auderet contingere, neque ius eſt. Cato in oratione de dote apud 10. Gell. 23.

5. De pellice.

Pellices nunc quidem appellantur alienis ſuccumbentes nõ ſolum fœminis, ſed etiam mares. Antiqui eam propriè pellicem nominabant, quæ vxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt à Numa *i* Pompilio hac lege. *Pellex aram Iunonis ne tangito: ſi tanget, Iunoni crinibus demißis agnum fœminam cædito.* hæc Feſtus in voce Pellices, & Gellius 4. capite 3. in fine.

6. De ſicariis.

Id autem fuiſſe indicat lex *k* Numæ *l* Pompilij regis, his compoſita verbis. *Si quis hominem liberum dolo ſciens morti duit, parricida eſto.* Feſtus in Parricida. *Sei imprudens ſe m dolo malo occiſit, pro capite occiſei, & nateis eius in concione arietem ſubicito n*: Ioſephus Scaliger apud Feſtum in Subici, hanc poſtremam partem ita reſtituit ex ſchediis Seruianis.

a Conſtat hanc legem non eſſe XII. Tabul. ſed Numæ. *b* Aduocatus non propriè præuaricator dicitur, ſi tamen præuaricatus ſit, i. ſi prodiderit cauſam, extra ordinem ſolet puniri *l. 1. in fin. ff. de præuaricatione.* *c* de clientibus & ſuſceptis dixi ad *l. 24. de teſtibus: l. 132. ff. de verbor. obligat. l. 6. §. 5. Cod. de his qui ad Eccleſiam.* Cato apud Gellium 5. *cap.* 13. maiores, inquit, ſanctius habuere defendi pupillos, quàm clientem non fallere, aduerſus cognatos pro cliẽte teſtatur. teſtimonium aduerſus clientem nemo dicit. Patrem, primùm, poſtea patronũ proximum nomen habere. Maſſurius autẽ Sabinus libro 3. *iuris ciuilis* antiquiorem locum tribuit hoſpiti, quàm clienti. verba ex eo libro hæc ſunt. In officiis apud maiores ita obſeruarum eſt, primùm tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini. de qua cauſa fœminæ viris potiores ſunt habitæ, pupillariſque tutela muliebri prælata: etiam aduerſus quem affuiſſent eius filij tutores reliqui, in eadem cauſa pupillo aderant. & poſt, C. Cæſar in oratione quàm pro Bithyniis dixit, Neque clientes, inquit, ſine ſuma infamia deſeri poſſunt, quibus etiam à propinquis noſtris opem ferre inſtituimus. Idem Gel. 20. c. 1. Clientem in fidem acceptum chariorem haberi, quàm propinquos, tuendúmque contra cognatos cenſuit. Neque peius vllum facinus æſtimatum eſt, quàm ſi quis probaretur cliẽtem deriſui habuiſſe, &c. addendus Seruius ad illa verba Virgilij & fraus innexa clienti: Plautus in Menechm.

d l. inauditum. dixi ea re ad *l. 2. ff. de ſicariis.*

e Caius *lib. 2. ad leg* XII. *Tabul.* quos nos hoſtes appellamus eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem iudicantes cum quibus bellum eſſet *l. 234. ff. de verb. ſignific.*

f id lege Romuli conſtitutum fuiſſe teſtatur Dionyſius Halicarnaſſeus 2. *g* i. mariti & cognatorum, Halicarn. i. b. *h* ζημιοῦν quod quidam necare intelligunt, ſed Gellius multare non necare dixit. *i* Lex Numæ. *k* Huc referenda lex horrendi carminis quæ apud Liuium 1. Duumuiri perduellionem iudicent. *l* Lex Numæ. Certum eſt ea de re aliquid ſancitum fuiſſe in XII. Tabulis. Iuſtinianus §. f. *Inſtitut. de publicis iudiciis.* Lex, inquit, Cornelia de ſicariis quæ homicidas vltore ferro proſequitur: vel eos qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant. Telum autem, ve Caius noſter ex interpretatione XII. Tabul. reliqui, &c.

7. De Parricidio.

Plorare, flere, inclamare, idẽ ſignificat & cum præpoſitiõe implorare, eſt inuocare. at apud antiquos plane inclamare. in Regis Romuli & Latij (lege Tatij & Seruij Tullij) legibus, *Si parentes puer verberit, aſt olle (lege oloe) ploraßit o (lege ploraßint) parentes puer dueis parentum ſacer p eſto. Si nuru, ſacra diuis parentum eſto.* hæc Feſtus in Plorare apud quem tamen quæ pars huius legis de nuru loquitur ordine præcedit anteriorem. Præſtat autem eam legem ita reſtitui, iudicio Ioſephi Scaligeri.

8. De veneficiis.

Caius libro 4. ad legem XII. Tabularum, *Qui venenum q, inquit, dicit, adiicere debet vtrum malum an bonum, &c.* l. 23. ff. de verb. ſignific.

9. De falſis.

An putas Phauorine, *ſi non illa etiam ex* XII. *Tabulis, de teſtimoniis falſis pœna aboleuiſſet: & ſi nunc quoque, vt antea qui falſum teſtimonium diximſſe conuictus eſſet, è ſaxo Tarpeio r deiiceretur, menciturus fuiſſe pro teſtimonio tàm multos, quàm videmus?* hæc Gellius 20. c. 1. in fine.

10. De maleficiis.

Quid? non & legum ipſarum in XII. *s* Tabulis verba ſunt? *Qui fruges excantaſſet t*: & alibi, *qui malum carmen incantaſſet.* hæc Plin. 28. cap. 2.

Seruius in Eclog. 8. Virgilij, *Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes.* Magicis, inquit, quibuſdam artibus hæc fiebant. vnde eſt in XII. Tabulis, *Néve alienam ſegetem pelleexeris.* hæc ille.

Hac peſtifera ſceleratáque doctrina, *Fructus alieni in alias terras transferri perhibentur*, nónne in XII. Tabulis, i. Romanorum, antiquiſſimis legibus Cicero commemorat eſſe conſcriptum, & ei qui hoc fecerit ſupplicium conſtitutum? hæc Auguſtinus 8. de ciuitate Dei 19.

Et apud nos in XII. Tabulis cauetur, *ne quis alienos fructus excantaßit.* Rudis adhuc antiquitas credebat, *& attrahi imbres cantibus & repelli v*: quorum nihil poſſe fieri. tam palã eſt, vt huius rei cauſa nullius Philoſophi ſchola intranda ſit, hæc Seneca 4. Naturalium 7. in fi. Tibullus 9. Cantus vicinis fruges traducit ab agris.

11. De lege Iulia repetundarum, &, corrupto iudice.

De Iudice qui ob rem dicendam pecuniam acceperit, dixi ſ. ad Titul. de iudiciis.

12. De falſis vindiciis.

Dixi ſ. ad Titulum de poſſeſſionibus & interdictis.

De pœnis.

TIT. XXVIII.

DE capite ciuis niſi per maximum comitiatum ne ferunto Cic. 3. de legib.

De captiuis.

TIT. XXIX.

Sanates dicti ſunt, qui ſupra infráque Romam habitauerunt, quia cùm defeciſſent a Romanis, breui poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente. Itaque in XII. cautum eſt, *Vt x idem y iuris eſſet ſanatibus, quod fortibus* (quidam legunt *forctibus*) id eſt bonis, & qui nunquam defecerunt à populo Romano, Feſtus in Sanates.

Finis legum XII. *Tabul.*

l Lex Numæ. Certum eſt ea de re aliquid ſancitum fuiſſe in XII. Tabulis. Iuſtinianus §. f. *Inſtitut. de publicis iudiciis.* Lex, inquit, Cornelia de ſicariis quæ homicidas vltore ferro proſequitur: vel eos qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant. Telum autem, ve Caius noſter ex interpretatione XII. Tabul. reliqui, &c.

m l. ſine Feſtus in ſed.

n ſubici aries dicitur, quem quis agit, vt pro ſe cædatur Feſtus in ſubicere.

o Parens qui à filio vim patiebatur parentes plorabat hoc eſt inclamabat, & diuis parentum ſacer erat filius: hoc eſt, eius facinus conclamatis parentibus diuis parentum ſic deuouebatur, vt filius à quouis ſine fraude poſſet occidi, & qui eum occidiſſet, parricidij nõ damnaretur: Rauardus ita hunc locum interpretatur.

p id eſt in parentum ſacra ac poteſtatem reuertitur *v. Cuiac. ad titul. de ingrat. liber. Cod. vbi dixi.*

q v. l. 1. paragr. 2. ff. de ſicariis.

r dixi ad l. 25. ff. de pœnis.

s Plinius 30. *c.* Eſt & alia magices factio. *& poſt*, Extant & apud Italas gentes veſtigia eius in XII. Tabulis noſtris. hæc ille.

t Seneca 4. *natural. 7. in fin.* Et apud nos in XII. Tabulis cauetur, *Ne quis alienos fructus excantaßit.*

v huic poſtremo hominum generi leges ignoſcunt. Conſtantinus, Nullis criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres aut ventis, grandiniſque lapidatione quaterentur *l. 4. C. de maleficiis.* *x* Ioſephus Scaliger apud Feſtum in Sanates ita reſtituit, Nexo ſolutóq., forcti ſanatíq. idem ius eſto. i. bono Romano idem & peregrino qui inferiore loco eſt, hæc ille. Alias de ſanatibus populis opiniones, vide apud eũdem *dicto loco.* *y* hæc particula mouit me, vti hoc caput referrem ad Titulum de captiuis quod vix improbabunt, qui huic loco contulerint legem 7. *ff. de captiuis.*

TITVLI EX CORPORE VLPIANI.

DE LEGIBVS *a* ET MORIBVS *b*, ET LIBERTIS.

TIT. I.

IMPERFECTA lex est veluti Cincia *c*, quæ supra certum modum donari prohibet, exceptis quibusdam cognatis: &, si plus donatum sit, non *d* rescindit.

2 Minùs quàm perfecta lex est, quæ vetat aliquid fieri: &, si factum sit, non rescindit: sed pœnam iniungit ei qui contra legem fecit, qualis est lex Furia *e* testamentaria, quæ plus quàm mille assium legatum, mortísve causa prohibet capere: præter exceptas personas: & aduersus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam constituit.

3 Lex aut *f* rogatur, id est, fertur: aut abrogatur, id est, prior lex tollitur: aut derogatur, i. pars primæ tollitur: aut subrogatur, i. adiicitur aliquid primæ legi: aut abrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege.

4 Mores *g* sunt tacitus *h* consensus populi, longa *i* consuetudine inueteratus.

5 Libertorum genera sunt tria *k*, Ciues *l* Romani, Latini *m* Iuniani, Dedititiorum *n* numero.

6 Ciues Romani sunt liberti, qui vindicta *o*, censu *p*, aut testamẽto *q*, nullo iure impediente manumissi sunt.

7 Vindicta *r* manumittuntur apud magistratum, velut Prætorem *s*, Consulem *t*, Proconsulem *v*.

8 Censu manumittebantur olim, qui lustrali *x* censu Romæ, iussu dominorum, inter ciues Romanos cẽsum *y* profitebantur.

9 Vt testamento *z* manumissi liberi sint, lex duodecim Tabularum facit, quæ confirmat, quod datum *a* legatum est.

10 Hodie autem ipso iure liberi sunt ex lege Iunia *b*, qua lege Latini *c* sunt nominati, inter amicos *d* manumissi.

11 Dedititiorũ *e* numero sunt, qui pœnæ *f* caussa vincti sunt à domino *g*: quibus vestigia *h* scripta fuerunt: qui propter noxam torti nocentésque *i* inuenti sunt: *m paragr.* 10.j. quive traditi sunt, vt ferro, aut cum bestiis depugna-

a dixi ad l. 1. *C.*14.
*b v.*8.*C.*55.
c de qua dixi ad *l.*25.*ff de ritu: & ad l.*5. *Cod. de legib.* sit etiam eius mentio in lege 4. *C. Theodos. de donat.* Plautus eã muneralem appellat apud Festũ.
d Macrobius *in somnium*, Inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deuiantibus pœna sancitur.
e de qua dixi ad l. 1. *ff. ad l. Falcid.*
f dixi ad l. 102. *ff. de verbor. signif.*
g paragr. 9. *Instit. de iure naturali.*
*h l.*32. *in fine ibi, tacito consensu: l.* 33.34.35.36.37.38. 39.40. *ff. de legibus.* sine scripto *d.paragr.*9: non suffragio, sed rebus ipsis & factis declaratus, *d.l.*33. *v.tit. Cod. quæ sit longa consuetudo.*
*i d.l.*35. inueterata *d.l.*33. *paragr.* 1: diuturna *d.l.*34.
k Caius 1. *Instit.* 1. *vers. libertorum.* Libertorum status tripertitus *paragr.* 3. *Instit. de libertinis.*
l Ciues autem Romani fiunt tribus modis *j.e. paragr.*6. *Caius* 1. *Inst.*2.
m paragr. 10.j. *eod.*
*n paragr.*11.j. *eod.* *o v.paragr.*7.j. *p v.paragr.*8.j. *q v.paragr.*9.j. *r paragr.* 1. *Instit. de libertinis.* Tribunal non exigit hæc manumissio *l.*7. *ff. de manumiss. vindict.* sicque hodie per tutorem verbáque solemnia, licet non dicantur, vt dicta accipiuntur *l.*23. *ff. d. tit.* Porrò, Theophilus id genus manumissionis ex eo dictum putat, vel quòd eo vindicaretur mancipium in naturalem libertatem, (& malè. Nam si ita esset, qui censu vel testamento manumitteretur, vindicta quoque manumitti diceretur) vel à Vindice quodam, qui, cùm seruus esset, erupturam aduersus Romanos coniurationem indicio suo patefecit, publicéque à Romanis manumissus est, & in honorem eius, quicunque apud magistrum manumittebatur, vindicta manumitti dicebatur, *Theophil. paragr.* ιγ' τοῦς ὑφ' *Instit. de libert.* Coniurationis à Vindice detectæ meminit quidem Liuius 2. Est etiam verisimile. vindicta manumissionem dici, quòd lictor *l.*8. *l.*23. *ff. de manumiss. vindict:* virgulam seruo manumittendo imponeret. Persius, Vindicta postquam meus à prætore recessi. & post, Non in festuca lictor quam gestat inani. Virgulam, inquam, quæ vindicta diceretur *Boet. in Topic.* Plutarchus *de sera numinis vindicta* κέρφον κέπλον appellat. hinc vindictam imponere *l.*14. *in f. ff. de manumissionibus: l.*12. *paragr.*2. *ff. de liberali: l.*19. *paragr.*4. *ff. de castrensi peculio: l.*2. *Cod. si aduersus libertas.* *s l.*1. *l.*8. *ff de manumiss. vindicta: l.*4. *Cod. de vindicta manumiss: l.*1. *Cod. de off. prætor: l.*1. *ff. de off. præt.* *t d.l.*4: *l.*1. *paragr.*1. *paragr.*2. *ff. de off. consul: l.*20. *in f. ff. de manumiss. vindict.* *v l.*2. *ff. de off. proconsul: l.*17. *ff. de manumiss. vindicta:* & ita legendum est in lege 4. non *præsules.* An & apud alios? vtique apud magistratus municipales. hi habent legis actionem, *Paul.*2. *sent.*25. *paragr.*4: apud Præfectum Ægypti *l.*21. *ff. de manumiss. vindict:* apud legatum proconsulis *l.*17. *in f. ff. d. tit.* quin apud ipsum imperatorem *l.*14. *in f. ff. de manumissionibus.*
x Lustrum, spatium quinque annorum. de forma censendi vide titulum *ff. de censibus.* *y* id est, facultatem & libertatem suam, *vide Theophil. dicto loco l.*10. *ff. de probat: l.*64 *ff. de adquir. rer.* *z* Dominus seruum testamento potest manumittere *ff. de manumiss. testamen: Cod. de testam. manumiss.* *a* Verba huius legis vide *in titulo* 11 *paragr.*14. *infrà eodem: & in lege prima. ff. ad legem Falcidiam: lege* 53. *lege* 120. *ff. de verborum significationibus: in Nouell.* 22. *c* 2. *vide etiam quædam, quæ ibidem dixi.*
b l. vnica Codice de Latina libertate, Norbana scilicet, *paragr.*3. *Instit. de libert: Nouel.*78. Alia est Iunia Patronia vel Petronia de libertate, *l.*24. *ff. de manumiss.* *c v. Cod. de Latina libertate tollend.* *d paragr.*1. *Institut. de libert.* Latini aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittebantur, *vide Caium* 1. *paragr.*3. Hosce manumittendi modos Theophilus *dicto paragr.* ιγ' τοὺς appellat φυσικοὺς. quibus opponit *dicto loco* ἔννομον τρόπον ἐλευθερίας. *e vide Cod. de dedititia libert.* *f* nam fugitiuos solebant plerunque pœnæ causa notis compungere.

rent: vel in custodiam *k* coniecti *l* fuerunt: deinde quoquo modo manumissi sunt: idque lex Aelia *m* Sentia facit.

12 Eadem lege *n* cautum est, vt minor triginta annorum seruus *o* vindicta manumissus, ciuis Romanus non fiat, nisi apud consilium caussa probata fuerit: ideò sine consilio manumissum seruum manere putat. Testamento verò manumissum perinde habere iubet, atque si domini voluntate in libertate esset, ideóque Latinus fit.

13 Eadem lex eum *p* dominium qui minor viginti annorum est, prohibet seruum manumittere, præterquàm si caussam apud consilium probauerit. In consilium *q* autem adhibentur *r* Romæ quinque Senatores *s*, & quinque Equites Romani, in prouincia *t* viginti Recuperatores *v*, ciues Romani.

14 Ab eo domino, qui *x* soluendo non est seruus testamento liber esse iussus, & heres institutus, etsi *y* minor sit triginta annis, vel in ea causa sit, vt dedititius fieri debeat, ciuis Romanus & hæres sit si *z* tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. Quòd si duo pluréve liberi heredésque esse iussi sunt, primo *a* loco scriptus liber & heres sit. Quod & ipsum lex Aelia Sentia facit.

15 Eadem lex in *b* fraudem creditoris & patroni manumittere prohibet.

16 Qui tantùm in bonis *c*, non etiam ex iure *d* Quiritum seruum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis *e* tantùm alicuius seruus est, velut hoc modo, Si ciuis Rom. à ciue Romano seruum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus *f* ei, neq. in iure cessus *g* neque ab ipso anno *h* possessus sit. Nam quandiu *i* horum quid fiat, is seruus in bonis quidem emptoris est, ex iure Quiritium autem venditoris est.

17 Mulier *k* quæ in tutela est, item pupillus & pupilla manumittere non possunt.

18 Communem seruum vnus ex dominis manumittendo, partem suam amittit: eáque adcrescit *l* socio, maximè si eo modo manumiserit, quo, si proprium haberet, ciuem Romanũ facturus esset. Nam si inter amicos eum manumiserit, plerisque placet eum nihil egisse.

19 Seruus, in quo alterius est vsusfructus alterius proprietas, à proprietatis domino manumissus, liber non *m* fit, sed seruus sine domino est.

20 Post mortem heredis *n*, aut ante *o* institutionem heredis, testamento libertas dari non *p* potest, excepto testamento militis.

21 Inter medias heredum institutiones libertas data, vtrisque adeuntibus non *q* valet: solo autem priore

*g l.*43. *ff. de fideicommiss. liber.* vel alio, eius iussu aut ratihabitione *Paulus* 4. *sent.* 12. *paragr.* 8. Aliud si ab herede *Paulus* 4. *sentent.*12. *paragr.*4. Quid si à communi domino *vide Paul. ibid. paragr.* 5. quid si à creditore? sunt quoque Paul. ibidem *paragr.* 6. Quid si domini furiosi aut pupilli iussu? Non fient dedititij Paulus ibidem *paragr.*7.
h σήματα τῶν μετόντων. *Theophilus paragr.* ιδ' δὲ ἀπελευθέρων. *Instit. de libertis: vide Caium* 1. *paragr.*3.
i aliud si innocentes *Paulus* 4. *sent.*12. *paragr.*3.
k publicam scilicet, *Theophilus ibidem*, aliàs, priuatus carcer nõ impediret, nisi vincula fuissent iniecta *l.*216. *ff. de verb. signif.*
l non idem fuit, si dominus seruum ab honore ministrandi vel administrandi remouisset *l.* 51. *in f. ff. de manum. testam.*
*m paragr.*3. *Inst. de libert.*
n Sentia *paragr.* 11. *in f.* §. *eod.*
o Ita etiam manumittitur, Cùm ad statutam ætatem peruenerit *l. vlt. ff. de rebus dubiis.* id est, Cùm seruus erit 30 annorum, liber esto, *l.*39 *paragr.*2. *ff. familiæ. l.*46. *ff. de manumiss. testamen. l.*13. *paragr.*5. *ff. de statul.* *p paragr.*4. *Instit. quibus ex caus. manumiss.* *q* Theophilus *Instit. quibus ex caus. manumiss.* Consilium definiuit συνέδριον seu consessum spectabilium virorum statis diebus coeuntium. Consilium autem hîc intellige, Prætoris, Romæ: Præsidum, & proconsulis in prouinciis *Theophilus dicto loco.*
r à Prætore scilicet. *s* si ita est, turpe non fuit, senatorem Prætori adsidere.
t à præsidibus sc. & proconsulibus. *v* ita dicti quòd per eos quisque debitum id est ius suum reciperet. Hi adsidebant Præsidi aut Prætori sedenti pro tribunali in prouinciis *Theophilus dicto loco.* *x paragr.*1. *Instit. quib. ex caus. manumit. Caius* 1. *Instit.*5. *y* Ratio dubitandi sumitur ex *paragr.*12. §. *eodem.* *z paragr.*1. *Instit. quibus ex caus. manumit.* id autem species est ignominiæ *l.*26. *ff. de fideicommiss. libert.*
a Ordo scripturæ attenditur *l.*24. *paragr.*17. *ff. de fideicommiss. libert.* *b Caius* 1. *Instit. paragr.*6. *Instit. quib. ex caus. manumit. in pr. & paragr.*3. *adde tit. ff. qui & à quibus manumiss. liberi non fiant, & ad l. Aeliam.* *c* Qui seruum ita habet Bonitarius à Theophilo dicitur *Instit. de libertin.* *d* Quod ciuis à ciue comparat, nec mancipatum, aut cessione in iure accipit, aut necdum vsucepit, id in bonis non habet: sed iure Quiritum tantum. *e* duplex dominium. Naturale quod in bonis eius dominus Bonitarius ẽ. *eodem.* Legitimum, seu iure: Quiritũ, cuius dominus, Iure Quiritiario. *vt hic.* Qui vtrumque habet dominium, pleno iure dominus. *f* Mancipatio vt fieret *vide titulo* 19. *paragr.*3. j. *g* Cessio in iure vt fiat, *vide titul.*19. *paragr.* 9. & 10.j. *h* Quemadmodum quis dominus fieret vsucapione *vide titul.*19. *paragr.*8.j. *i Theophilus dicto loco de libert.* *k* nisi tutoris authoritate quin, sine tutoris authoritate si ius habebat liberorum vide fragmentum iuris veteris euulgatum à Pitheo. de fœminarum tutela dixi ad leges duodecim Tabularum libro 2.
l hodie non adcrescit & ita hîc locus, vt & alius Pauli 4. *sent.*12. §. 1. abrogatur §. *pen. Inst. de donat: & l.*1: & 2. *C. de communi seruo.* *m* Veteri iure, proprietarius seruum manumittendo, dominium amittebat. interim tamen dũ vsusfructus durabat, status manumissi erat in pendẽti *l.*9. *in f. ff. de hær. inst.* nisi ipse vsufructuarius manumissioni consensisset (tunc n. seruus fiebat liber *l.*2. *ff. de manum. vindicta*) aut si proprietarius proprietatẽ serui, ipsi vsufructuario reliquisset vnà cum libertate *l.*6. *ff. de manum. test.* Hodie manumissus à proprietario seruus, fit liber, vsufructuario necessitatẽ habente manumittere, accepta prius sui vsusfructus iusta æstimatione *l.*1. §. 2. *C. de communi seruo.* *n* quia nihil ab hærede hæredi relinqui potest *Paul.*3. *sent.* §. 2. & hæc prima ratio dubitandi fuit veterib. *o* quia testamenta accipiunt vim ab institutione hæredis §. 34. *Inst. de legat.* & hæc fuit secunda ratio dubitandi veterib. *p* hodie hoc abrogatum est §. 34. *Inst. de legat.* Cur ita? Inciuile est scripturæ ordinẽ sequi, testatoris autem voluntatem sperni *d. paragr.*34. *q* hodie valet *d. paragr.*34. *in fi.*

adeun

a Præfecti ærarij hæredes sint. Cuiacius ita hunc locum restituit. Mouetur, Quòd præfectorum ærarij fuerit, bona quæ fisco deferebantur spernere, vel agnoscere *l.* 4.*paragr.*20. ff.*de fideicom.liber.l.*13.ff.*de iure fisci.* *b* *l.*23.*l.*25.*l.*5.ff.*de manumiss. testam.* *c* *v.d.l.*58.*tit.*22.*paragr.*1.j.*eod.* *d* vel intra tempus aditionis.hi enim defuncti videntur fuisse. *e* Fusia *v.Paul.*4.*sent.paragr.*14.*ad l.Fus.Can.* *f* de numero seruorum testamento manumittẽdorum Caium 1:*adde* §. 7. *Instit. quib.ex caus.manumit.* *g* *Caius d. loco: Paul.d.loco.* Vopiscus *in Tacito.* Seruos manumisit intra centum tamen, ne Caniniam transire videretur. Quid iuris,si supra statutũ numerum, manumissi fuissent? receptum eos liberari qui primo loco scripti fuissent *l.*83.*in f.* ff.*de hæred. instituend:Caius d.loco paragr.*2.Quid si in orbe id est permixtè scripti? omnium impediebatur libertas *l* 42.43. ff. *d. tit.* nulli erant liberi *Caius d. loco paragr.* 2. Quid si codicillis quibusdam libertates datæ? ius codicilli, testamentario cedebat *Paul.* 4. *sent.*14. *paragr.*2. *h* Nominatim videtur liber esse iussus,qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo euidenter denominatus est *v.l.* 24. ff.*de manum. testa:Paul.*4.*sen. vlt.paragr.*1 : *paragr.*25.*in f. Inst. de leg.* *i dixi ad* 40.ff.7. *k dixi ad l.*1. ff. *eod.* *l l.*9 ff.*eod.* *m* Statuliber vendi potest *l.* 30.ff.*eod.*non tamen duris conditionib.in venditione onerandus est *l.*25.ff.*eo.* ne pacto hæredis eius condicio fiat durior *l.* 33.ff.*eod.*idcóque nec alienatio, nec vsucapio ei nocebit, quominus existente conditione libertatem consequatur *l.*13. *C. de testam. manu.* Quid si legatus fuit? cum sua causa alienabitur *l.*45.*in f.* ff.*de fideic.lib.*

adeunte, iure antiquo valet. Sed post legem Papiam Poppeam, quæ partem non adeuntis caducam facit, si quidem primus hæres vel ius antiquum habeat, valere eam posse placuit: quòd si non habeat, non valere constat, quod loco non adeuntis, legatarij *a* partis hæredes fiunt. Sunt tamen qui & hoc casu valere eam posse dicunt.

22 Qui testamento liber esse iussus est, mox *b* quàm vnus ex hæredibus adierit hereditatem,liber fit.

23 Iusta libertas testamento potest dari his seruis,qui testamenti *c* faciendi,& mortis *d* tempore,ex iure Quiritium testatoris fuerunt.

24 Lex Furia *e* Caninia iubet testamento ex *f* tribus seruis non plures quàm duos manumitti: & vsque ad decem,dimidiam partem manumittere concedit:a decimo vsque ad triginta, tertiam partem,vt tamẽ adhuc quinque manumittere liceat,ęquè vt ex priori numero:a triginta vsque ad centum quartam partem,æquè vt decem ex priori numero liberari possint: à centum vsque ad quingentos,partem quintam,similiter vt ex antecedenti numero vigintiquinque possint fieri liberi.Eadémque præcipit,ne *g* plures omnino quam centũ,ex cuiusquam testamento liberi fiant.

25 Eadem lex cauet, vt libertates seruis testamento nominatim *h* dentur.

DE STATVLIBERIS *i*.

TIT. II.

QVi sub conditione testamento liber esse iussus est,statu liber appellatur *k*.

2 Statu liber, quandiu *l* pendet conditio, seruus heredis est.

3 Statu liber seu alienetur ab herede, siue suscipiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum *m* trahit.

4 Sub hac conditione liber esse iussus,si decem millia heredi dederit,& si ab herede ab alienatus sit, emptori *n* dando pecuniam,ad libertatem perueniet:idque lex XII. Tabularum iubet.

5 Si per *o* heredem *p* factum sit,quo minus statu liber conditioni pareat,perinde fit liber, atque si conditio expleta fuisset.

6 Extraneo *q* pecuniam dare iussus & liber esse, si paratus sit dare, & is qui iussus est dare, aut nollet accipere, aut antequam acceperit moriatur, perinde fit liber,ac si pecuniam dedisset.

7 Libertas & directò *r* potest dari hoc modo, *Liber esto, Liber sit, Liberum esse iubeo* *s*: & per *t* fideicommissum, vt putà, *Rogo v, fidei committo heredis mei. vt Stichum seruum manumittat.*

8 Is qui directò liber esse iussus est, horcinus *x* fit libertus. Is autem, cui per fideicommissum data est libertas,non testatoris sed *y* manumissoris fit libertus.

9 Cuius fideicommitti potest ad rem aliquam *z* prestandam, eiusdem etiam *a* libertas fidei committi potest.

10 Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio seruo testatoris, quàm heredis, aut legatarij, vel cuilibet extranei *b* seruo.

11 Alieno seruo per fideicommissum data libertate, si dominus eum iusto pretio non vendat, extinguitur *c* libertas.quoniam nec pretij computatio *d* pro libertate fieri potest.

n aut similibus successoribus.*l.*27.*inf.*ff.*eod.* *o* *l.*3.*paragr.*1.ff.*eod.* *p* aut hæredis tutorem & curatorem *l.*3.*paragr.*10.ff.*eod.* *q* cuiuis denique *d.paragr.*10. *r* *l.*43. ff.*de manumiss.testam.* Directò manumittitur, qui à nullo quàm à testatore manumittitur *paragr.*2.*Instit.de singulis reb per fideicomm:ss.* *s* lubeo,est verbum directum. *t* *l.*16.ff.*de fideicom.libert.* Quibus verbis fideicommittatur, *v.paragr.vlt. Instit.de singul.reb.per fideicom.Paul.*4.*sent.*1.*paragr.*6. *v* Rogo & fideicommitto verbum obliquum. *x* orcinus *paragr.*2.*Inst.de singulis reb.per fideicommiss.relict:l* 3. *paragr.*3.ff.*de legitim.tutorib:l.vn.paragr.*7.*in f.C.de Latina libert:* χαρωνιανὸς *Theoph. ibid.* id est, Charontis seu nullius *l.*4.ff.*de bon.libert.* familiæ *l.*48. ff.*de manumiss.testa.* Ea forma dici Cuiacius putat qua à Plutarcho in M. Antonio Charonitæ.Idem existimat,dicit non malè Horcinum.nam & Horcum quidam dixêre, τὸ ὅρκος. *y* §.2. *Inst.de singul.reb.per fideic.* *z* putà pecuniam. *a* Ex hoc loco,puto initium legis 24.ff.*de fideic.libert.* passiuè legendum esse. quod & sequentes d.legi paragra, hi satis ostendunt. *b* *l.*16.ff.*de fideicom.libert,Paul.*4 *sent.*3 *paragr.*7. *c* hoc abrogatum est *l.*6.*C.de fideicom.libert.* *d* libertas æstimari non potest. *e* *l.*50.ff.*de fideicom.libert.&* ff.*de ademptione libertatis.* *f* *v.l.*35.ff.*de regul.iur.* *g* Latini fiebant ex lege Iunia *Nou.*78.Latinorum condicio hodie abrogata *l.vn.C.de Lat.liber. toll.* *h* ius commercij & testamenti. *i* *paragr* 2.j.*eod.* *k* *paragr.*3.j.*eod.* *l* *paragr.*4.j. *m* *paragr.*5.j. *n* *paragr.*6.j. *o* Hodie qui manumittuntur,fiunt ciues ipsa manumissione *d.l.vn.* *p* hoc hodie sublatum *Nouel.*78.*vbi loquitur de attributis.* *q* *paragr.*4.*in fin.*j.*eod.* dixi de ea re ad *l.*220.*in f.*ff. *de verb.sign.* adde & illud Isidori 9.Etymo.8.Tres ob causas ducitur vxor. Prima est causa prolis. Græci quoque definiunt Matrimonium, coniunctionem viri & mulieris secundum leges τῆς γνησίων σπορᾶς. Et Menander apud Clementem παιδῶν σπόρου τοῦ γνησίου δίδωμι σοί γυ-

τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα. adde Valerium 7.*c.*7:Tacitum 7.Annali. *r* Ex matre, ciuẽ Romana,patre Latino,qui nascitur,ciuis Romanus est. antea fiebat Latinus *argum. paragr.*8.*in fin.*j.*tit.*5. *s* *paragr.*1.§.*eodem.Nouel.*78. vbi de iteratione *Plin.*7.*epist.* *t* Latinus,si iteratò manumissus fuisset,fiebat ciuis Romanus *paragr.*1.§.*eo* 1.*Gaius* 1.*paragr.*5.*in fin.* *v* *paragr.*3.§.*eod.* *x* Nocturni vigiles,militare censentur *dixi ad l.*8. *paragr.*4. & 6. ff. *de excus. tut.* *y* lata anno 763. rogante Visellio Vartone *v. C.adl.Visellium.* *z* i.postea. *a* Non est mirum priuilegia dari nauium ædificatorib. Nauis enim exercitio ad summam reipublicæ pertinet *l.*1.*paragr.* 20. ff. *de exercitor.* adde & aliud priuilegium nauis ædificatori datum ex lege 5.lege 6.ff.*qui potior:Nou.*97.*c.*2. *b* Magna capacitas nauis fuit.Senatorib.olim nõ licuit lege lata à Q. Claudio Tribuno plebis,nauem maritimã maiorem 300. amphorarũ habere *Liuius libro* 21. *qua de re dixi ad l.*3.*ff de vacatione muner.* *c* Suetonius *in Claudio* 18. *in f.* Naues mercaturæ causa, fabricantibus magna commoda constituit. & c. 19. fœminis (quæ naues mercaturæ causa fabricarent,) ius tribuit quatuor liberorum. *d* desunt in hoc fragmento hæc capita. De ædificio, de pistrino & de ea quæ ter. enixa *arg.*§. 1.§.*eod.* *e* *v.*1.*Inst.*8:1.ff. 6:*Cai.*3. *f* quasi diceret Non-sunt in alterius familia, sui iuris sunt, *l.* 4. *ff.hoc tit:* putà morte parentũ. tunc n. singuli liberi, singulas familias inchoãt: iure saltem, etiamsi sint pupilli *l.*95. *paragr.* 2. *ff.de verb.sign.* ac sine matrimonio & liberis. Tertullianus *in libro de velan. virginib.* Mater familias est, licet virgo: pater familias, licèt inuestis. nouarũmque familiarum principes atque duces esse possunt *Festus in voce Familiæ.* Quòd patresfamilias,quàm domini familiæ potius appellantur ratione non caret.Gratius est enim nomen patris,quàm domini *Tertul. in Apologet.Seneca* 6.*epist* : *Macrob.*1.*Saturnal.*11. *Martial.*1.Epigr. *g* Ea familiæ suæ & caput & finis est *l.* 195.*in f.ff. de verb.signific.* *h* ita dicuntur παρὰ τὸν σπορέα i.à satione *l* 23.*ff.de statu:* quasi σποράδες seu sparsim concepti:vel à literis Latinis S.P.quasi sine patre.*Theoph.*§.*εἰ δὲ τὰς ἐπεκτάσεις.*quam postremam originem probat Caius 4.§.8.*inf.*& Martianus *l.*25.*in f.ff.de captiuis.* Vtramq. originem assumit Tribonianus §.12.*Inst.de nupt.* dum vult spurios dici ἀπάτωρας, & παρὰ τὸν σπορέα. Festus nothum appellat spurio patre natum. Σπορέας ἴσος à Plutarcho ioculari dicto appellatur.quasi matris filius.Muliebrem n naturam veteres spurium vocarunt 9. *Isid.*5.σπορέων Plutar. *in problem.* *i* *l.*3.*ff.de his qui sunt sui.* *k* legitimum *Caius* 4.§.1:si eundum præcepta legum *Inst.de nupt.* *l* i.inter ciues.Iegitimæ n.nuptiæ sunt,si Romanus Romanam ducat *Caius* 4.§.1. *m* Quid sit connubiu *v* §.3 4.j. *n* i.pubes.Masculus pubes esse debet, virgo viripotens *Inst.de nupt.* *l.*13.*ff.de verb.sig:* .101 *ff.de cond.& dem:l.*30 *ff.quando dies legati:l* 5.§.2.*ff.quib.ex caus.in poss.*nubilis ætatis *l.*1. *ff.de cond.& demon.* maior ann.12.*d.*4.*ff.de ritu.* ἐφηβος παρθένος. 2.*Ecl* 2.13. *o* Tria requirũtur in iusto matrimonio Primùm vt qui contrahunt sint ciues Rom.§.*e.ibi,connubium:* vt sint puberes §.*e.ibi,potens* : Tertiò vt consentiant si sint sui iuris: vel parẽtes eorũ.si in potestate *vt hic:& l* 2.*ff.de ritu.Inst.de nupt.* Quartũ Caius addidit,nuptias *d.*§ 1:quo vocabulo, vt opinor ritũ solenné intelligit *v.l.* 24.*C.de nupt.* *p* Quidã scribunt, Connubiũ per vnticũ n. *q* Isid.10.*Etym.vlt.* addit æquales.eo sensu,Cõnubiũ esse,cùm æquales nuptiis coeũt vt putà ciues Rom. pari vtrq. dignitate.Idẽ receptũ aliquãdo fuit ab Atheniẽsib.apud quos lege Periclis pro notho habebatur qui natus nõ fuisset ex duob.Atheniẽs.v.Demost.in orat.κ. Νεαιρ:

12 Libertas sicut dari, ita & adimi *e* tam testamento, quàm codicillis testamento confirmatis potest:vt tamen eodem *f* modo adimatur,quo & data est.

DE LATINIS *g*.

TIT. III.

LATINI ius Quiritium *h* consequuntur his modis,beneficio *i* principali, liberis *k*, iteratione *l*, militia *m*, naue *n*, ædificio, pistrino: præterea ex Senatusconsulto, veluti quæ sitter enixa.

2 Beneficio *o* principali Latinus ciuitatem Romanam accipit, si ab imperatore ius Quiritium impetrauerit.

3 Liberis ius Quiritium consequitur Latinus, qui minor *p* triginta annorum manumissionis tempore fuit. Nam lege Iunia cautum est, vt si ciuem Romanam, vel Latinam vxorem duxerit testatione interposita, quòd liberorum *q* quærendorum caussa vxorem duxerit,postea filio filiáve nato natáve,& anniculo facto, possit apud Prætorem vel Præsidem prouinciæ caussam probare, & fieri ciuem Romanum tam ipse, quàm filius filiáve eius & vxor, scilicet si & ipsa Latina sit. nam si *r* vxor ciuis Romana sit,partus quoque ciuis Romanus est, ex senatusconsulto,quòd auctore Diuo Adriano factum est.

4 Iteratione *s* fit ciuis Romanus,qui post Latinitatem,quam acceperat,maior triginta annorum,iterum *t* iuste manumissus est ab eo,cuius ex iure Quiritium seruus fuit. Sed huic concessum est ex senatusconsulto, etiam liberis *v* ius Quiritium consequi.

5 Militia in Quiritium accepit Latinus, si inter vigiles *x* Romæ sex annis militauerit, ex lege Visellia *y*. Præterea *z* ex senatusconsulto concessum est ei, vt si triennio inter vigiles militauerit, ius Quiritium consequatur.

6 Naue *a* Latinus ciuitatem Romanam accipit, si non *b* minorem quàm decem millia modiorum nauem fabricauerit, & Romam sex annis frumẽtum portauerit, ex edicto Diui *c* Claudij.

* *d* * *

DE *e* HIS QVI SVI IVRIS SVNT.

TIT. IIII.

SVi iuris sunt familiarum suarum principes *f*, id est,paterfamiliæ,itémque materfamiliæ *g*.

2 Qui matre quidem certa parte autem incerto nati sunt, *h* spurij appellantur.

DE HIS QVI IN POTESTATE SVNT.

TIT. V.

IN potestate sunt liberi parentum ex *i* iusto matrimonio nati.

2 Iustum *k* matrimonium est, si inter eos *l*, qui nuptias contrahunt,connubium *m* sit, & tam masculus pubes quam fœmina potens *n* sit, & vtrique consentiant *o*, si sui iuris sunt, aut etiam parentes eorum,si in potestate sunt.

3 Connubium *p* est vxoris iure ducendæ facultas.

4 Connubium habent ciues *q* Romani cum ciuibus

a Boetius *in Topicis.* Non omnibus erat connubium cum Romanis, nec erant nuptiæ iure contractæ, quæ non aut inter ciuem Romanum, ciuémque Romanam inibantur, aut cui princeps, populúsve ciuitatem vel connubium permisisset. eo sc. modo in potestatem parentum liberi rediguntur. Hæc ille. sic Hernicis permissum, Anagninis ademptum connubium *Liuius lib.* 9. *b* cum ancillis *l.* 3. *C. de incestis:* inter seruos & liberos *Paul.* 2. *sent.* 19. *paragr.* 3. quid ergo? contubernium fuit. *l.* 14. *paragr.* 3. *ff. de ritu.*

c est tamen inter seruos cognatio *Inst. de seruili cognat. l.* 10. *paragr.* 5 *ff. de gradib.* & quidem talis, vt inter ascendentes & descendentes impediatur nuptiæ. Seruilis. n. cognatio impedimento nuptiis est *paragr.* 10. *Inst. de nupt. l.* 8. *l.* 14. *paragr.* 2. *ff. de ritu.* Est igitur cõnubium inter seruos? Non est. Quoties connubium negamus esse inter seruos, hoc intellige Natos ex eiusmodi coniunctione ciues non esse, iuréque ciuium non frui, nec esse in parentum suorum potestate seruos esse *l.* 3. *C. de incestis:* & tamen quibus in negotiis summus pudor, summáque honestas esse debet (vt innuptiis *d. paragr.* 2.) non parcimus his nominibus: vt ita, sit cognatio etiã inter seruos *d.* §. 5. *l.* 14 *paragr.* 2. 3. *ff. de ritu.* Sic conniuentibus oculis seruos dicimus habere bona propria *l.* 4. *paragr.* 1. *ff. de manumissionib.* & quasi testamenta facere. Plin. 8 *epist.* 16. Permitto seruos quoq. testimenta facere, eaque vt legitima custodio. mandant, rogántque quod visum est, pareo ocyus, res suas diuidunt, donant, relinquunt, duntaxat intra domum. Nã seruis respublica quædam & quasi ciuitas, domus est. *d l.* 17. *C. de nuptiis.* *e* Cuiacius legit quarto. *f* Locus est corruptus, quem ita Cuiacius restituit, sed tamen fratris aut sororis filiam, neptémque eorum, quamuis eodem gradu sit: amitam vel materteram, eámque vxorem quæ nouerca vel priuigna, vel nurus vel socrus nostra fuit ducere non possumus. Hæc ille. Fratris vel sororis neptem (& sic deinceps) duci non posse constat, etiamsi quarto gradu *paragr.* 3. *Inst. de nupt.* Multò minus filiam fratris, quæ est tertio gradu. *Caius* 4. *paragr.* 3. Quid amitini, vel consobrini inter se? iure veteri, hæ personæ iungi inter se non potuerunt Caius 4. *paragr.* 6. Possunt hodie. nouis constitutionibus *paragr.* 4. *Inst. de nupt. l.* 19. *C. de nupt.* *g* Incesti appellatio hîc latissimè extenditur *v. C. de incestis.* *h* Vt vulgò concepti spurij dicuntur *tit.* 4 *paragr.* 2. §. ita ex incestis nuptiis nati. *i* quod quid esset, dictum est *paragr.* 3. & 4. §. *eod.* *k* i. patris conditionem. *l* Natus patre & matre ciuibus Romanis, ciuis est *vt hic*: peregrino & ciue Romano, vel ex ciue Romano & peregrina, peregrinus est, i. non est ciuis *vt hic*, nisi per errorem nuptiæ contractæ doceantur *tit.* 17. *paragr.* 4. ℣. *eod.* ex ciue & Latina, Latinus fiebat lege Mẽsia *paragr.* 9. ℣. Adriani constitutione ciuis *tit.* 3. *paragr.* 3. *in f.* §. *eo.* ex libero & ancilla, seruus est *d. paragr.* 9: natus vulgo, matrem sequitur *l.* 1. *in f.* ff. *ad munic.* vt & is qui illegitimo matrimonio, nisi lex specialis aliud inducat *l.* 24 ff. *de statu.* Est hoc obseruãdum, quòd interpretes notant, Bastardos patrum suorum nobilitate, eorúmque priuilegiis frui, sed & nomine & insignibus gentis & familiæ. *Guido Papæ q.* 580: *Papon.* 3. *Notar.* 6. *c. de legitimation de bastards.* eóque adipiscendarum quoque dignitatum capaces *l.* 3 *paragr.* 2 ff. *de decurion.* Ex duobus ingenuis natus patrem sequitur, quod ad honores *l.* 19 ff. 2. *de statu.* Ideóq. natus ex patre Campano municeps erit Campanus. quæ regula vera est, nisi priuilegio aliquo materna origine censeantur liberi. Tunc enim liberi maternæ originis municipes erunt, exempli gratia: Iliensibus concessum est, vt qui matre Iliensi esset. Iliensium municipium sortiretur *l.* 1. *paragr.* 2. ff. *ad municip.* Idem Delphensibus & Ponticis mulieribus tributum *d. paragr.* 2: & Antiochenis *l.* 22. *C. de decurionib.* In Campania Galliæ natus ex nobili muliere & ignobili patre fit nobilis, eo scilicet priuilegio. *En Champaigne le ventre ennoblit. dixi ad l.* 1. *in f.* ff. *ad municip.* Ex duobus diuersorum dominorum adscriptitiis natus impar, matris: par verò, patris conditionem sequitur *Nouel.* 156. Ex libera & seruo vel adscriptitio, olim fiebat seruus vel adscriptitius *l.* 27. *ff. depositi:* quod meritò sublatum *l. vn. C. de Senatuscon. Claud.* Ex ingenua & murilegula, condicionẽ paternam sequitur *l.* 3. *C. de murilegulis.* Adde & hoc in gratiam nostræ gentis hominum, Natum in Gallia ex peregrino & Galla muliere, Gallici iuris censeri, patri succedere. & ab intestato & testato, fisco nullum ius albinagij competere, hæreditatem paternam ad liberos eius in infinitum & cognatos in eadem Gallia commorantes, deferri: quod est contra ius ciuile, quo peregrini sine beneficio principali testari non poterant *l.* 11. *ff. qui testam:* *l.* 31. 32. *ff. de iure fisci: v. Papon.* 3. *Notar.* 6. *cap. des lettres de Naturalité.* Idem ius esse puto. si Galli apud peregrinas gentes morentur. ibíque liberos suscipiant, fruentur. n. eius liberi iure Gallico, si tamen apud fœderatos Galliæ populos eos susceperint *l.* 32 *ff. de iure fisci l.* 7 *ff. de captiuis:* ideóque nedum hæreditatis paternæ dominium retinebunt *d. l.* 7. sed & hæredes poterunt institui *d. l.* 32. *in f.* *m* *dixi paragr.* 8. §. *eod.* *n* Mulier quæ libera vel concepit, vel vtero libera partum gestauit, vel libera peperit, liberum parit. vel ita, Cuius mater libera fuerit vel conceptionis vel partus vel intermedio tempore, liber nascitur *l.* 5. *paragr.* 2 *ff. de statu: Paul.* 2. *sent.* 24. *paragr.* 1. 2. 3. Censetur autem libera quæ manumitti debuit, nec est manumissa *l.* 1 *paragr* 1. *ff. de suis Paul. ibid. paragr.* 4. Ad eundem modum conceptus ex concubinatu, natus in matrimonio, fit legitimus *Nouel.* 7. Tentari potest, eum esse ciuem Romanum, qui patre ciue cõceptus est, licèt patre post ea peregrino nascatur: & nobilem, qui tempore conceptionis, patrem nobilem habuerit, quantumuis postea pater nobilitatem amiserit. *o* 2. *Paul.* 21 3. *Cod. Theod.* 13. & 5. *C.* 11. *de dotis promissione.* *p* *v. paragr.* 2. *in princip. ℣. eod.* 2. *Caius* 9. *paragr.* 4. *q* *v. d. paragr.* 2. *in fin.* aut datur *l.* 2. *C. Theodos. de incestis.* *r* Dotis dictio *l.* 3. *Cod. Theod. eodem.* solenniter fiebat *d. l.* 2. id est, solennibus verbis. Hodie qualiacunque verba sufficiunt *l.* 6. *C. de dotis promiss.* Doti dicere veteres dicebant, cuius fortè loco Tribonianus hãc formulam vsurpauit. Doti promittere. *v. l.* 79. ff. *de iure dot.*

Romanis: cùm Latinis autem & peregrinis, ita si *a* concessum.

5 Cum *b* seruis nullum est connubium *c*.

6 Inter *d* parentes & liberos infinitè cuiuscunque gradus connubium non est. Inter cognatos autem ex transuerso gradu, olim quidem vsque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc autem etiam ex tertio *e* gradu licet vxorem ducere. Si *f* tamen fratris filia, non etiam sororis filia, aut amita, vel materterа, quanuis eodem gradu sit: eadémque vxore: nouerca, vel priuigna, vel nurus, vel socrus nostra fuit, ducere non possumus.

7 Si quis eam, quam non licet, vxorem duxerit, incestum *g* matrimonium contrahit: ideóque liberi in potestate eius non fiunt, sed quasi *h* vulgò concepti, spurij sunt.

8 Connubio *i* interueniente, liberi semper patrem *k* sequuntur: non interueniente connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino & ciue Romana, peregrinus nascitur: quoniam lex Mensia ex alterutro peregrino *l* natum deterioris parentis conditionem sequi iubet.

9 Ex *m* ciue Romano & Latino Latinus nascitur: & ex libero & ancilla, seruus: quoniam cum his casibus connubia non sint, partus sequitur matrem.

10 In his qui iure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis *n* tempus spectatur. in his autem qui non legitimè concipiuntur, editionis: veluti si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit. Nam quamuis non legitime concepit, cùm editionis tempore libera sit, partus quoque liber est.

DE DOTIBVS *o*.

TIT. VI.

DOs aut datur aut dicitur *p*, aut promittitur *q*.

2 Dotem dicere *r* potest mulier *s*, quæ nuptura est. & debitor mulieris, si iussu eius dicat

a Nobilis est quæstio, & à multis agitata, Ad quem dos profectitia (de aduentitia dicam *paragr.* 5. ℣.) mortua muliere reuertatur. Paucis ita definio, dotem profectitiam morte mulieris ad eius patrem reuerti *vt hic*: & *l.* 17. *de Sc. Macedon: l.* 4 *paragr.* 13. *ff. de iure dotium.* siue filiafamilias fuit *l.* 4. *C. soluto:* siue materfamilias vt Theodorus Græcus interpres adnotauit *ad d. l.* 4. Hic difficiles occurrunt quæstiones. Quid si non morte sed diuortio matrimonium dissoluatur? si filiafamilias sit, ad patrem reuertitur: ad eam tamen recuperandam sine consensu filiæ agere non potest *l.* 34. *ff. soluto: l.* 14. *ff. ad l. Falcid: l.* 34. *paragr.* 6. *ff. de solutionib: l.* 2. *l.* 7. *in f. C. hoc tit.* Si emancipata, vno casu ad patrem reuertitur *l.* 7. *ff. de cuictionib:* putà si ideo filia diuertit vt maritum lucro dotis afficeret, patrem defraudaret *l.* 5. *ff. de diuort: l.* 59. *ff soluto:* Quid si capta ab hostibus? perinde dicendum est ac si nupta decessisset. ideóque dos ad patrem reuertitur *l.* 10. *ff. soluto.* Quid si mortua liberos reliquit? Bulgarus dotem ad patrem filiæ reuerti existimat. Martinus contrà: cuius opinio communi interpretum sententia defensa est. *Accurs. ad l.* 4. *C. soluto.* Num ex iure Romano? iure veteri non puto. hîc enim dos profectitia ad patrem filiæ reuertitur, quintis in singulos liberos relictis penes virum: si pater non sit, apud maritum remanet *adde l.* 6. *ff. de iure dot:* 9. *Eclog.* 1. *c.* 3. Scio tamen subtiliter quædam dici in contrariam sententiam posse. quale est illud, Dotis repetitionem patri competere, mortua in matrimonio puella *l.* 17. *ff. de Sc. Macedon.* ergo, à contrario, si non puella, id est non virgo mortua, sed mater relictis liberis, dos ad eius patrem non reuertetur. Ad hæc, Innui potest ex lege vlt. *paragr.* 1 *ff. vt legator:* vel vnius filij superstitis nomine dotem apud maritum remanere, non ad patrẽ reuerti. Colligunt etiam nonnulli ex *l.* 26. *paragr.* 2. *ff. de pact. dotalib.* dotem pertinuisse prius ad liberos defuncti: ab his, ad maritum: nisi maritus suo iuri in fauorem patris defunctæ expressè renuntiasset. Sed prestat Martini opinionem defendere liberorum fauore. eóque magis quòd vsu sit recepta, *Accurs. ad l.* 4. *C. solut: Bald. ad l. post dotem* 40. *ff. soluto: Ferrariens. in forma libelli qua vxor agit ad dotem* 33. *in verbo dictæ dominæ num.* 1: *adde Antonium Fabrum* 1. *coniectur.* 16. *b* nota de quintæ retentionis fit mentio in §. 10 ℣. vtraque abrogata *l. vn. paragr.* 5. *vers. liceat ob liberos retentio C. de rei vx. act.* *c* Aduentitia dos ea est quæ ab alio quàm parente constituitur *l.* 1. §. 13. *vers. extraneum. C. de rei vx. act.* *d* i. siue sint liberi, siue non sint. *e* *dixi l.* 31 §. 2. *ff. de mort. caus.* *f l.* 2. §. 1. *ff. sol.* *g* actionẽ rei vxoriæ. ita emendat Cuiac. *h* Imò interest *d.* §. 1. *i l.* 57. *ff. sol.* *k* hic paragraphus abrogatur. Nam hodie res mobiles, se mouentes, incorporales dotales, intra annum redduntur: res soli, illicò, *l. vn.* §. 7. *vers. exactæ autẽ dotis C. de rei vx. act.* *l* hic paragraphus abrogatus est *l. vn. C. de rei vx. act.* §. 5. *m* *d.* §. 5. *vers. sileat ob liberos retentio.* *n* *d.* §. 5. *vers: quid enim opus est inducere ob mores retentionem.* *o* *d.* § 5. *vers. sed nec ob impensas.* *p* *d.* §. 5. *vers. vel ex qua causa ob rem donat am: adde l.* 1. §. 3. ff. *de dote relegata.* *q* *d.* §. 5. *vers. sed nec retentio ob res amotas.* *r* hodie non fit *d.* §. *vers. sileat ob liberos retentio.* *s* nota de sextæ retentione. Retentionis quintæ fit mentio *paragr.* 4. §. *eo.* vtræq. retentiones abrogatæ sunt *d. vers. sileat ob liberos.* *t* i. non plus dimidia. nam sex sextæ faciunt integrum. *v* An compensationes dotis causa, sint sublatæ dicam alibi. *x* i. quæ semel dos esse desiit. *y* i. nisi matrimonium sit redintegratum. Redintegrato matrimonio, dos tacitè redintegratur *l.* 64. ff. *de iure dot: l.* 19. ff. *soluto.* Tacitè, inquam, quia semper hoc agi intelligitur nisi aliud conuenerit *l.* 30. ff. *de iure dot.* id est, nisi dos sit receptitia *l.* 42 *in f.* ff. *soluto.* Portò, non dicitur redintegrari matrimonium, si post leue iurgium vxor rediit. Est enim aliud leue fribusculũ, aliud diuortium *l.* 31. ff. *de iure dot: l.* 31. *paragr.* 11. 12. ff. *de donat. inter vir.* Si diuortium non fuit, redintegrari non potuit. Vix est enim vt id redintegratum dicamus, quod dissolutum nõ fuit. *z* sextæ Cuiac. *a* octauæ *Cuiacius.* *b* *adde l.* 39. *l.* 47. ff *soluto.* *c* An pars aliqua bonorum adulteræ, eius marito hodie cedat, dixi ad *Nouel.* 117. *cap.* 13: & *ad Nouel.* 134. *c.* 10. *d* quæ annua bima trima die &c. *Cuiac. hic.* Idem tamen 7 *obs.* 20. legit, annua: & hac vnica voce Iurisconsultum affectasse compendium orationis *vt in l.* 30. *paragr.* 1. ff. *de legatis:* *ibi annua die dabuntur l.* 1. *paragr.* 2. ff. *de dote prælegata, ibi, annuæ die dos præstaretur. Suetonius in Augusto sub finem,* quibus soluendis annuum diem finiit, Dies annuus tres pensiones.

o 2. *Paul.* 21 3. *Cod. Theod.* 13. & 5. *C.* 11. *de dotis promissione.* *p* *v. paragr.* 2. *in princip. ℣. eod.* 2. *Caius* 9. *paragr.* 4. *q* *v. d. paragr.* 2. *in fin.* aut datur *l.* 2. *C. Theodos. de incestis.* *r* Dotis dictio *l.* 3. *Cod. Theod. eodem.* solenniter fiebat *d. l.* 2. id est, solennibus verbis. Hodie qualiacunque verba sufficiunt *l.* 6. *C. de dotis promiss.* Doti dicere veteres dicebant, cuius fortè loco Tribonianus hãc formulam vsurpauit. Doti promittere. *v. l.* 79. ff. *de iure dot.*

institutus *t*: patens mulieris virilis sexus per virilem sexum cognatione iunctus, velut pater auus paternus. Dare promittere dotem omnes *v* possunt.

3 Dos aut profectitia dicitur, i. quam *x* pater mulieris dedit *y*: aut aduentitia, i. ea quæ à quouis alio *z* data est.

4 Mortua in matrimonio muliere, dos à patre profecta, ad *a* patrem reuertitur, quintis *b* in singulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quod si pater non sit, apud maritum remanet.

5 Aduentitia *c* autem dos semper *d* penes maritum remanet, præterquàm si is qui dedit, vt sibi redderetur stipulatus fuit: quæ dos specialiter receptitia *e* dicitur.

6 Diuortio facto, si quidem sui iuris sit mulier, ipsa habet actionem, id est, dotis repetitionem: quòd si *f* in potestate patris sit, pater adiuncta filiæ persona habet actionem reuera *g*. Nec *h* interest aduentitia sit dos, an profectitia.

7 Post diuortium defuncta muliere, heredi *i* eius actio non aliter datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

8 Dos, si pondere, numero, mensura contineatur, annua, bima, trima die reddetur *k*: nisi si, vt præsens reddatur, conuenerit. Reliquæ dotes statim redduntur.

9 Retentiones ex dote fiunt *l* aut propter liberos *m*, aut propter mores *n*, aut propter impensas *o*, aut propter res donatas *p*, aut propter res amotas *q*.

10 Propter liberos retentio fit *r*, si culpa mulieris aut patris cuius in potestate est, diuortium factum sit. Tunc enim singulorum liberorum nomine sextæ *s* retinentur ex dote: nõ plures quam tres sextæ *t* in retentione *v* sunt, non in petitione.

11 Dos quæ semel facta est *x*, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit *y*.

12 Morum nomine, grauiorum quidem sexta *z* retinentur: leuiorum item octaua *a*. Grauiores mores *b* sunt, adulteria *c* tantùm: leuiores, omnes reliqui.

13 Mariti mores punisitur, in ea quidẽ dote quę à *d* die

t id est, constitutus. *v* *d. l.* 41. *x* *l.* 5. *ff. de iure dot.* *y* Per se vel per alium *d. l. quinta paragr.* 1. & breuiter non ius potestatis, sed parentum nomẽ dotem profectitiam facit *d. l.* 5. *paragr.* 1. *z* *d. l.* 5. *paragr.* 9. etiam matre, *d. paragr.* 9.

a i. propter adulterium, *paragr.* 12. §. *eod.* *b* i. illico. *c* quàm adulterij ſc. *d* cuius magnum eſt commodum *l.* 1. *paragr.* 2. *ff. de dote præleg.* *e* *l.* 1. *ff. de impenſis.* *f* §. 15 j. *eod.* *g* *paragr.* 16 j. *eod.* *h* *paragr.* 17 j. *i* aut res quælibet *l.* 79. *ff. de verb. ſign.* *k* i. quibus non factis dos minueretur *l.* 14. *ff. de impenſis.* *l* ædificium ruens *v. d. l.* 1. *paragr.* 3. 4. *ff. de impenſis.* *m* melior *d. l.* 79. *paragr.* 1. *l.* 5. *in f. ff. de impenſis.* *n* ita appellantur *in l.* 14. *in f. ff. de impenſis.* voluptariæ *l.* 7. *paragr.* 9. 10. 11. *ff. de impenſis.* ἐπιτρεπεῖς 2. *Ecl.* 9. *c.* 79. *o* viridiaria, viridia, virdiaria, χλοηφόρα γήδια, *dixi ad l.* 79. *in f. ff de verb. ſign.* *p* picturis, picturæ *d. l.* 79. *in f. ff.* ζωγραφίαι *Eclog. d. loco.* Cuiacius emendat, tectoriis 6. *obſ.* 37. *q* *v. d. l.* 79. *in f.* *r* *v.* 24. ff. 1. *Paul.* 2. *ſent.* 23. *s* nota regulam. *t* ne mutuo amore ſpolientur *v. d. l.* 1. *in f. l.* 2. *l.* 3. *in pr. & paragr.* 10. ff. *eod.* *v* Exceptio regulæ ſuperioris. *x* id eſt, cum mors inſequetur *l.* 9. *paragr.* 2. *l.* 11. *paragr.* 1. ff. *eod.* Mortis cauſa donatio fit impendente metu mortis. Mors impendet quidem omnibus, eáq ſemper certa eſt, etiamſi incertum diem habeat *l.* 68. *in f. ff. de leg.* 1. *l.* 1. *paragr.* 2. ff. *de condit. & demonſt.* Metum tamen hic, inſtantem intellige *l.* 6. ff. *de mort. cauſ.* Inſtat autem non tantum infirmo, ſed peregrinaturo, nauigaturo, militi *Paul.* 2. *ſent.* 24. *paragr.* 1. iter facturo per inſidiosa loca, ſeni *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. ff *de mort. cauſa.* Id genus donationis morte donatoris conualeſcit *Paul. d. loco. paragr.* 1. *l.* 1. Morte donatarij, res redit ad eũ qui donauit *Paul. d. loco paragr.* 5. Eſt autem hoc genus donationis permiſſum, quia in id tempus excurrit, quo qui donat & cui donatum eſt, vir & vxor eſſe deſinunt *l.* 10. ff. *eod.* adde *l.* 22. *C. de donat. inter vir.* *y* *v. l.* 60. *in f. l.* 61 ff. *eod.* *z* Cur ita? Fauore libertatis id receptum eſt, vel potius, quòd nemo huiusmodi re donata fiat locupletior. *Paul. d. loco paragr.* 2. adde *l.* 7. *paragr.* 8. *paragr. vltim. l.* 8. *l.* 9. ff. *eod.* *a* i. conſtitutione Antonini *l.* 41. & 42. ff. *eod.* *b* *d. l.* 42. *c* i. vt queſtitis conditionis fieret *d. l.* 42. *d* Idem dicendum eſt de rebus donatis ſepulturæ cauſa *l.* 5. *paragr.* 8. 9 10. 11. ff. *eod.* ad oblationem dei *d. l.* 5. *paragr.* 12. ad proceſſus *d. l.* 41. *e* *d. l.* 41. 42. *l.* 45. ff. *de negotiis. l.* 11. ff. *de manerib.* *f* Actio rerum amotarum datur etiam in maritum *l.* 6. *paragr.* 2. ff. *rer. amot.* *g* *v. l.* 2. ff. *de negotiis. l.* 28. ff. *ſoluto.* *h* *l.* 7. *in f* ff. *ſoluto. & Tit.* ff. *de impenſis* *i* *l.* 25. *in f. l.* 55. ff. *ſoluto.* *k* Stipulatio Tribunitia quæ ex Iurisdictione Tribunorum venit: vt Prætoria, à Prætore: ædilitia ab ædilibus. *l* diſparis condicionis *Cuiacius.* *m* *dixi ad tit.* 5. *paragr.* 8. §. *eod.* *n* Ignorantia, errorem in nuptiis commiſſum excuſat, *ſcilicet l.* 57. *paragr.* 1. ff. *de ritu. l.* 22. *in fine* ff. *ſoluto. Nouel.* 12. *c.* 1. *in fine.* *o* *adde tit.* 3. *paragr.* 3 §. *eod.* *p* *v.* 1 ff. 7 *q* *v. l.* 1. ff. *eod. l.* 8. *C.* 48. *Inſtit. eod. in princip. Caium* 5. *r* *v. paragr.* 3 j. *eod.* *s* *v. paragr.* 4. & 5 j. *eod.* *t* *d. paragr.* 4. & 5 j. *eod.* *v* *l.* 2. ff. *eod. paragr.* 1. *Inſt. eod.* *x* *paragr.* 2 §. *eod. paragr.* 5 j. *eod. l.* 2. *in f. C. eod.* *y* *l.* 1 *in fine*, ff. *eod. paragr.* 1. *Inſt.* j. *eod.* *z* hodie ex indulgentia principis *d. l.* 1. *a* *paragr.* 2 §. *eod.* id eſt, magiſtratus imperio *l.* 2. ff. *eod. paragr.* 1. *Inſt. eod.* *b* id eſt, qui ſui iuris non ſunt, ſed in poteſtate patris poſiti *d. l.* 2. *vel ſ. imperio.* & breuiter, Qui patrem habebat adoptabatur, qui non habebat, adrogabatur *Caius* 5. *paragr.* 2. *c* quia fiebat apud populum. Nullibi autem populus Romanus extra Romam quærendus erat. Fiebátque Romæ curiatis comitiis 5. *Gel.* 19. *d* quia in prouinciis erant præſides. *e* Nec arrogantur. ita legendum eſt ex 5. Gell. 15. Cauſa illa erat, quòd nulla cum fœminis comitiorum communio eſſet. Fiebat autem adrogatio in comitiis. *Gel. d. loco.* & tamen principis reſcripto adrogari poſſunt, *l.* 21. ff. *eod.* *f* *l.* 17. *l.* 18. *l.* 20. *paragr.* 1. ff. *eod.* *g* quia tutoribus in pupillos tantam eſſe authoritatem fas non erat, vt caput liberorum fidei ſuæ commiſſum, alienæ ditioni ſubiicerẽt 20. *Gel.* 19. *h* *l.* 2. *paragr.* 1. *v. l.* 40. *in f.* ff. *eod. paragr.* 9. *Inſt. eod.* 1. *Caius* 5. *paragr.* 4. *i* *l.* 30. ff. *eodem.*

a i. propter adulterium, *paragr.* 12. §. *eod.* *b* i. illico. *c* quàm adulterij ſc. *d* cuius magnum eſt commodum *l.* 1. *paragr.* 2. *ff. de dote præleg.* *e* *l.* 1. *ff. de impenſis.* *f* §. 15 j. *eod.* *g* *paragr.* 16 j. *eod.* *h* *paragr.* 17 j. *i* aut res quælibet *l.* 79. *ff. de verb. ſign.* *k* i. quibus non factis dos minueretur *l.* 14. *ff. de impenſis.* *l* ædificium ruens *v. d. l.* 1. *paragr.* 3. 4. *ff. de impenſis.* *m* melior *d. l.* 79. *paragr.* 1. *l.* 5. *in f. ff. de impenſis.* *n* ita appellantur *in l.* 14. *in f. ff. de impenſis.* voluptariæ *l.* 7. *paragr.* 9. 10. 11. *ff. de impenſis.* ἐπιτρεπεῖς 2. *Ecl.* 9. *c.* 79. *o* viridiaria, viridia, virdiaria, χλοηφόρα γήδια, *dixi ad l.* 79. *in f. ff de verb. ſign.* *p* picturis, picturæ *d. l.* 79. *in f. ff.* ζωγραφίαι *Eclog. d. loco.* Cuiacius emendat, tectoriis 6. *obſ.* 37. *q* *v. d. l.* 79. *in f.* *r* *v.* 24. ff. 1. *Paul.* 2. *ſent.* 23. *s* nota regulam. *t* ne mutuo amore ſpolientur *v. d. l.* 1. *in f. l.* 2. *l.* 3. *in pr. & paragr.* 10. ff. *eod.* *v* Exceptio regulæ ſuperioris. *x* id eſt, cum mors inſequetur *l.* 9. *paragr.* 2. *l.* 11. *paragr.* 1. ff. *eod.* Mortis cauſa donatio fit impendente metu mortis. Mors impendet quidem omnibus, eáq ſemper certa eſt, etiamſi incertum diem habeat *l.* 68. *in f. ff. de leg.* 1. *l.* 1. *paragr.* 2. ff. *de condit. & demonſt.* Metum tamen hic, inſtantem intellige *l.* 6. ff. *de mort. cauſ.* Inſtat autem non tantum infirmo, ſed peregrinaturo, nauigaturo, militi *Paul.* 2. *ſent.* 24. *paragr.* 1. iter facturo per inſidiosa loca, ſeni *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. ff *de mort. cauſa.* Id genus donationis morte donatoris conualeſcit *Paul. d. loco. paragr.* 1. *l.* 1. Morte donatarij, res redit ad eũ qui donauit *Paul. d. loco paragr.* 5. Eſt autem hoc genus donationis permiſſum, quia in id tempus excurrit, quo qui donat & cui donatum eſt, vir & vxor eſſe deſinunt *l.* 10. ff. *eod.* adde *l.* 22. *C. de donat. inter vir.* *y* *v. l.* 60. *in f. l.* 61 ff. *eod.* *z* Cur ita? Fauore libertatis id receptum eſt, vel potius, quòd nemo huiusmodi re donata fiat locupletior. *Paul. d. loco paragr.* 2. adde *l.* 7. *paragr.* 8. *paragr. vltim. l.* 8. *l.* 9. ff. *eod.* *a* i. conſtitutione Antonini *l.* 41. & 42. ff. *eod.* *b* *d. l.* 42. *c* i. vt queſtitis conditionis fieret *d. l.* 42. *d* Idem dicendum eſt de rebus donatis ſepulturæ cauſa *l.* 5. *paragr.* 8. 9 10. 11. ff. *eod.* ad oblationem dei *d. l.* 5. *paragr.* 12. ad proceſſus *d. l.* 41. *e* *d. l.* 41. 42. *l.* 45. ff. *de negotiis. l.* 11. ff. *de manerib.* *f* Actio rerum amotarum datur etiam in maritum *l.* 6. *paragr.* 2. ff. *rer. amot.* *g* *v. l.* 2. ff. *de negotiis. l.* 28. ff. *ſoluto.* *h* *l.* 7. *in f* ff. *ſoluto. & Tit.* ff. *de impenſis* *i* *l.* 25. *in f. l.* 55. ff. *ſoluto.* *k* Stipulatio Tribunitia quæ ex Iurisdictione Tribunorum venit: vt Prætoria, à Prætore: ædilitia ab ædilibus. *l* diſparis condicionis *Cuiacius.* *m* *dixi ad tit.* 5. *paragr.* 8. §. *eod.* *n* Ignorantia, errorem in nuptiis commiſſum excuſat, *ſcilicet l.* 57. *paragr.* 1. ff. *de ritu. l.* 22. *in fine* ff. *ſoluto. Nouel.* 12. *c.* 1. *in fine.* *o* *adde tit.* 3. *paragr.* 3 §. *eod.* *p* *v.* 1 ff. 7 *q* *v. l.* 1. ff. *eod. l.* 8. *C.* 48. *Inſtit. eod. in princip. Caium* 5. *r* *v. paragr.* 3 j. *eod.* *s* *v. paragr.* 4. & 5 j. *eod.* *t* *d. paragr.* 4. & 5 j. *eod.* *v* *l.* 2. ff. *eod. paragr.* 1. *Inſt. eod.* *x* *paragr.* 2 §. *eod. paragr.* 5 j. *eod. l.* 2. *in f. C. eod.* *y* *l.* 1 *in fine*, ff. *eod. paragr.* 1. *Inſt.* j. *eod.* *z* hodie ex indulgentia principis *d. l.* 1. *a* *paragr.* 2 §. *eod.* id eſt, magiſtratus imperio *l.* 2. ff. *eod. paragr.* 1. *Inſt. eod.* *b* id eſt, qui ſui iuris non ſunt, ſed in poteſtate patris poſiti *d. l.* 2. *vel ſ. imperio.* & breuiter, Qui patrem habebat adoptabatur, qui non habebat, adrogabatur *Caius* 5. *paragr.* 2. *c* quia fiebat apud populum. Nullibi autem populus Romanus extra Romam quærendus erat. Fiebátque Romæ curiatis comitiis 5. *Gel.* 19. *d* quia in prouinciis erant præſides. *e* Nec arrogantur. ita legendum eſt ex 5. Gell. 15. Cauſa illa erat, quòd nulla cum fœminis comitiorum communio eſſet. Fiebat autem adrogatio in comitiis. *Gel. d. loco.* & tamen principis reſcripto adrogari poſſunt, *l.* 21. ff. *eod.* *f* *l.* 17. *l.* 18. *l.* 20. *paragr.* 1. ff. *eod.* *g* quia tutoribus in pupillos tantam eſſe authoritatem fas non erat, vt caput liberorum fidei ſuæ commiſſum, alienæ ditioni ſubiicerẽt 20. *Gel.* 19. *h* *l.* 2. *paragr.* 1. *v. l.* 40. *in f.* ff. *eod. paragr.* 9. *Inſt. eod.* 1. *Caius* 5. *paragr.* 4. *i* *l.* 30. ff. *eodem.*

DE IVRE DONATIONVM INTER VIRVM ET VXOREM.

TIT. VII.

INTER *s* virum & vxorem donatio non *t* valet, niſi *v* certis ex cauſſis: mortis *x* cauſſa, diuortij *y* cauſſa, ſerui manumittendi *z* gratia. Hoc amplius principalibus *a* conſtitutionib. conceſſum eſt mulieri, in hoc donare viro ſuo, vt is ab Imperatore, latoclauo *b*, vel equo *c* publico, ſimilive *d* honore *e* honoretur.

2 Si maritus diuortij cauſſa res mouerit, rerum quoque amotarum actione tenebitur *f*.

3 Si maritus pro muliere ſe obligauerit *g*: vel in rem eius impenderit *h*: diuortio facto, eo nomine cauere *i* ſibi ſolet ſtipulatione tribunitia *k*.

4 In poteſtate parentum ſunt etiam ij liberi quorum cauſſa probata eſt, per errorem cõtracto matrimonio inter diſpares *l* condignis perſonas. Nam ſeu ciuis Romanus Latinam, aut peregrinam *m*, vel eam, quæ Dedititiorum numero eſt quaſi per ignorantiam *n* vxorem duxerit: ſiue ciuis Romana per errorem peregrino, vel ei qui Dedititiorum numero eſt, aut etiam ſi Latino ex lege Aelia *o* Sentia nupta fuerit, cauſſa probata, ciuitas redditur tam liberis quam parentibus, præter eos qui Dedititiorum numero ſunt, & ex eo fiunt in poteſtate parentum liberi.

DE ADOPTIONIBVS *p*.

TIT. VIII.

ON *q* tantum naturales liberi in poteſtate parentum ſunt, ſed etiam adoptiui.

2 Adoptio fit aut per populum *r*, aut per Prætorem *s*, vel Præſidem *t* prouinciæ. Illa adoptio quæ per populum fit, ſpecialiter arrogatio dicitur *v*.

3 Per populum *x*, qui ſui *y* iuris ſunt *z*. Per Prætorem *a* autem, filij familiæ *b* a parentibus dantur in adoptionem.

4 Arrogatio Romæ *c* tantùm fit: adoptio autem, etiam *d* in prouincia apud Præſidem.

Cœlebs eſt qui vxorem non habet. *k* *l.* 37. ff. *eodem. paragr.* 7. *Inſtit. eod.* *l* *l.* 40. ff. *eodem. paragr.* 11. *Inſt. eodem.* 1. *Caius* 5 *paragr. vlt.* *m* *paragr.* 10. *Inſt. eod. l.* 5. *C. eod.* *n* Poſſunt tamen iuſſu principis adoptare *l.* 29 *paragr.* 3 ff. *de inofficioſo.* *o* *d. l.* 5. *p* Tribus modis apud veteres fiebant nuptiæ Vſu, ſi mulier anno cum viro fuiſſet: Farre & coemptione, ſeu in manu conuentione de quibus mox dicam. adde S. Iuuium 1. Georgic. *q* Conuenire in manum pro quo Tribonianus dixit conuenire *l.* 17. ff. *rer. amot.* cõuenire in matrimonium *l.* 13. ff. *de ritu.* *l.* 121. *paragr.* 1. ff. *de verbor. obl.* quo genere loquendi vſus eſt etiam Gellius 18. *cap.* 6. Conuentio in manum fiebat, etiam coéptione Cicero *pro L. Flacco.* In manũ conuenerant: nunc audio, ſed quæro vtrum vſu an coemptione? Farre (vnde cõfarreatio, vel, vt Plinius 18. *c.* 3. loquitur, cõfarratio: cui contraria diffarreatio, *Feſt. in voce Diffarreatio.*) quo tantum genere Flamẽ Dialis Flaminię iungebantur *Seru.* 4 *Aeneid.* ex eo matrimonio qui naſcebantur patrimi & matrimi dicebantur *Feſt. in voce Flaminia: Seru.* 1. *Georgic:* 1. *Gel.* 12. Ex patrimis tres ſimul nominabantur, vt ex iis vnus Flamen Dialis legeretur *Tacit.* 4. *Annal.* Sed quia cõfarreandi adſuetudo omiſſa, aut inter paucos recenta propter incuriã virorum & fœminarũ, & ipſius ceremoniæ difficultatem: tum quòd qui ita cõueniebant, de patria exibant poteſtate, placuit Tiberij tẽpore, vt Flaminica Dialis in poteſtate viri eſſet, cæteri promiſcuè genere fœminarum agerent. Et hoc quidem genere nuptiarum poſtea non ſoli Flamines vſi videtur, ſed & alij: quòd hic innuitur, ibi, in quo panis quoque farreus.

5 Per Prætorem vel Præſidem prouinciæ adoptari tam maſculi quam fœminæ, & tam puberes quam impuberes poſſunt. Per populum vero Romanum, fœminæ quidem non arrogant *e*. Pupilli *f* antea quidem non *g* poterant arrogari: nunc autem poſſunt ex conſtitutione Diui Antonini.

6 Hi qui generare non poſſunt, velut ſpado *h*, vtroque modo poſſunt adoptare. Idem iuris eſt in cœlibe *i*.

7 Item is *k* qui filium non habet, in locum nepotis adoptare poteſt.

8 Si paterfamiliæ, arrogandum ſe dederit, liberi *l* quoque eius quaſi nepotes, in poteſtate fiunt arrogatoris.

9 Fœminæ *m* verò neutro modo poſſunt *n* adoptare, quoniam *o* nec naturales liberos in poteſtate habent.

DE HIS QVI IN MANV SVNT.

TIT. IX.

FARRE *p* conuenitur *q* in mannm, certis verbis, & teſtibus X. præſentibus, & ſolenni *r* ſacrificio facto, in quo panis *s* quoque farreus adhibetur.

* * *

QVI IN POTESTATE MANCIPIOVE SVNT, QVEMADMODVM EX iure liberentur *t*.

TIT. X.

LIBERI parentum poteſtate liberantur emancipatione *v*, id eſt, ſi poſteà quam mancipati fuerint, manumiſſi ſint. Sed filius quidem ter *x* mancipatus, *y* ter manumiſſus, ſui iuris fit. Id enim lex duodecim Tabularum *z* iubet his verbis, *Si pater filium ter venundarit a, filius à patre liber eſto.* Cæteri autem liberi præter filium *b* tam maſculi quam fœminæ, vna *c* mancipatione manumiſſionéq. ſui iuris fiunt.

2 Morte *d* patris filius & filia ſui iuris fiunt. Morte autem aui nepotes ita *e* demum ſui iuris fiunt, ſi poſt mortem aui in poteſtate patris futuri non ſunt: veluti ſi moriente auo pater eorum aut iam deceſſit, aut de poteſtate dimiſſus eſt. Nam ſi mortis aui tempore, pater eorum in poteſtate eius ſit, mortuo auo, in patris ſui poteſtate fiunt.

3 Si patri vel filio aqua *f* & igni *g* interdictum ſit, patria poteſtas tollitur. quia peregrinus ſit is, cui aqua & igni interdictum eſt. Neque autem peregrinus *h* ciuem Romanum, neque ciuis Romanus peregrinum in poteſtate habere poteſt.

4 Si pater ab hoſtibus captus ſit, quanuis ſeruus hoſtium fiat: tamen cùm reuerſus fuerit, omnia priſtina iura recipit, iure poſtliminij. Sed quandiu apud hoſtes eſt, patria poteſtas in filio eius interim pendebit *i*: & cùm reuerſus fuerit ab hoſtibus, in poteſtate filium habebit. Si verò ibi deceſſerit, ſui iuris filius erit. Filius quoque ſi captus fuerit ab hoſtibus, ſimiliter propter ius poſtliminij, patria poteſtas interim pendebit.

5 In poteſtate parentum eſſe deſinunt *k* & hi qui

Coemptione verò fiebat matrimonium *Seru.* 1. *Georg.* libra & ære adhibitis *Seru.* 4. *Aeneid.* Eáque ſolennitate præeunte vxor quaſi emebatur, eiúſque coemptionis is erat effectus, vt quæ ita in manum viri conueniſſet, ea viro ſua hæres eſſet *Caius* 3. *Inſtit: apud Ruffinum, anthorem collationis legum Moſaicarum tit.* 16: *adde Gel.* 18. *c.* 6. *in f. adde quæ ſcripſi ad tit. C. de ſponſalib. his adde Petr. Pitheum* 16. *Notar. Moſaic.* *r* Videtur innui ritus aquæ & ignis, de quo Seruius 4 *Aeneid.* Dotaléſque *tuæ* Tyrios committere *dextræ.* Quid aliud dextræ committere, quàm in manum conuenire? quæ conuentio eo ritu perficitur, vt aqua & igni adhibitis natura coniuncta habeat. *s* Panis farreus, qui & farreum Feſto & Plinio 18. *c.* 3. genus libi ex farre compoſitum. *t* *Caius* 1. *tit.* 6. *Nouel.* 81. 1. *Inſt.* 12. 8 *C.* 49: 2. *Paul. ſent.* 25. *v* *paragr.* 6 *Inſtit: quib. mod. ius patriæ. l.* 5. *C. de dolo & C. de emancipationibus liberorum.* *x* *vide Caium* 10. *paragr.* 1. *y* id eſt, venditus *v. d. paragr.* 1. *z* idem fuit conſtitutum à Romul. *Dionyſ. Halicarnaſſ.* 2. *a* Olim liberos etiam interficere parentibus permiſſum erat *v. l.* 11. *in f. ff. de liber. & poſthum.* *b* vt nepotes, pronepotes Senſus eſt, filios factos ſui iuris trina emancipatione fuiſſe: filios, nepotes, pronepotes, & deinceps, vnica *l.* 8. *in fin. ff. de iniuſt. Caius* 6. *paragr.* 2 *verſ. fœminæ vel nepotes.* *c* *d. l.* 8. *in fi.* *d* *Inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt. in pr. l.* 15. *Cod. quando dies legat.* quæ morte ſoluantur, dixi ad *Nouel.* 22. *cap.* 20. *e* *Inſtit. eod. in pr. l.* 3. ff. *de his qui ſunt ſui.* *f* His duobus elementis veteres vtebantur tanquam ſacramento ad nuptias conciliandas *Lactantius* 2. *Inſtit.* 10. ita, quem volebant perditum, priuabant vtroque elemento *dixi ad l.* 6. ff. *de donat. inter vir.* *g* in huius pœnæ locum ſucceſſit deportatio, eadem veteribus dicta exilium *Caius* 6. *paragr.* 1. in cuius etiam vicem ſucceſſit id genus exilij, quod hodie appellant *Bannſſement.* *h* Peregrinus, ciuem; & è contra, in ſua poteſtate habere non poteſt *Caius* 6. § 1 Peregrini etiam nõ capiebãt ex teſtamẽto *l.* 1. *C. de her. inſt.* Ex peregrino & ciue Rom. natus fiebat peregrinus *t.* 5. §. 8. §. *e.* *i* § 5. *Inſt. quib. mod. ius.* *k* *d.* § 5. *l.* 1. § 1 ff. *de Sc. Mac. l.* 15. *in f. ff. de ſuis* ſine emãcipatiõe *l.* 2. § 1. ff. *quod nõ l.* 1. § 4. ff. *quãd. de peculio* ſine cap. deru. *l.* 3. *in f* ff. *de Sc. Mac.*

Flamines *a* Diales *b* inaugurantur, & quæ virgines Vestæ *c* capiuntur.

DE TVTELIS *d*.

TIT. XI.

VTORES cõstituuntur tam masculis *e*, quàm fœminis: sed masculis quidem impuberibus duntaxat, propter *f* ætatis infirmitatem: fœminis autem tam impuberibus, quam puberibus, & propter sexus infirmitatem, & propter forensium rerum ignorantiam.

2 Tutores autem legitimi sunt, aut senatusconsultis constituti, aut moribus *g* introducti.

3 Legitimi tutores sunt, qui ex *h* lege aliqua descendunt. Per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim Tabularum introducuntur, seu propalam, quales sunt agnati: seu per *i* consequentiam, quales sunt patroni.

4 Agnati sunt, à patre cognati virilis sexus, per virilem *k* sexum descendentes, eiusdem *l* familiæ: veluti *m* patrui, fratres, filij fratris patruelis.

5 Qui liberum caput mancipatum sibi vel à parente *n*, vel a coemptore *o*, manumisit: per *p* similitudinem patroni, tutor efficitur, qui fiduciarius *q* tutor appellatur.

6 Legitimi tutores, alij tutela in iure cedere *r* possunt.

7 Is cui tutela in iure cessa est, Cessicus *s* tutor appellatur: qui siue mortuus fuerit, siue capite minutus, siue alij tutela cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessitia quoque tutela extinguitur.

8 Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessitia tutela non procedit: quoniam permissum erat in iure cedere tutelam fœminarum tantùm, non etiam masculorum. fœminarum autem legitimas tutelas lex Claudia *t* sustinet *v*.

9 Excepta *x* tutela patronorum legitima tutela capitis diminutione amittitur.

10 Capitis minutionis species sunt tres *y* maxima, media, minima.

11 Maxima capitis diminutio est, per quam & ciuitas, & libertas amittitur. veluti cùm incensus *z* aliquis venierit: aut cum mulier *a* alieno seruo se iunxerit, denuntiante *b* domino, & ancilla facta fuerit, ex senatusconsulto Claudiano. *c*

12 Media *d* capitis diminutio dicitur, per quam sola ciuitate amissa, libertas retinetur. quod fit in eo cui aqua & igni interdicitur.

13 Minima *e* capitis deminutio est per quam & ciuitate & libertate salua, status dũtaxat hominis mutatur: quod fit adoptione, & in manu conuentione.

14 Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur *f* eadem lege XII. Tabular. his verbis: *Vti g legassit super pecunia tutelave h suæ rei, ita ius esto*: qui *i* tutores datiui appellantur.

15 Dari testamento tutores possunt liberis qui *k* in potestate sunt.

16 Testamento tutores dari possunt hi, cum *l* quibus testamenti faciendi ius est, præter Latinum Iunianum. Nam Latinus *m* habet quidem testamenti factionem, sed tamen tutor dari non potest. id enim lex Iunia prohibet.

17 Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam. sed si abdicauerit *n* se tutela, definit esse tutor *o*. Abdicare autem est, dicere nolle se tutorem esse in iure. Cedere *p* autem tutela testamento datus non potest. nam & legitimus in iure cedere potest, abdicare *q* se non potest.

18. Lex Attilia *r* iubet mulieribus, pupillisve nõ habentibus tutores dari à Prætore, & maiores *s* parte Tribunorum plebis: quos tutores Attilianos appellamus. Sed quia lex Attilia Romæ tantum locum habet, lege Iulia & Titia perfectum est, vt in prouincia quoque similiter a præsidibus earum *t* dentur tutores.

19 Lex Iunia tutorem fieri iubet Latino, vel Latinis impuberibus eum, qui etiam ante manumissionem ex iure Quiritium fuit.

20 Ex lege Iulia de maritandis ordinibus, tutor datur a Prætore vrbis ei mulieri virginíve, quam ex hac causa lege nubere oportet, ad dotem dandam *v*, dicendam *x*, promittendamve *y*, si legitimum tutorem pupilla *z* non habeat. Sed postea Senatus censuit vt etiam in prouincia quoque, similiter a præsidibus earum ex eadem caussa tutores dentur.

21 Præterea etiam in *a* locum muti, furiosíve tutoris, alterum dandum esse tutorem ad dotẽ *b* constituendam Senatus *c* censuit.

22 Item ex Senatusconsulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest *d*, præterquam si patronus sit, qui abest. Nam in locum patroni absentis alter peti non potest, nisi ad hereditatem adeundam *e*, & nuptias contrahendas. Idémque permisit in pupillo *f* patroni *g* filio.

23 Hoc amplius Senatus censuit, vt si tutor pupilli pupillęve suspectus *h* à tutela submotus fuerit, vel etiam iusta de causa excusatus *i*, in locum eius tutor alius detur.

24 Moribus tutor datur mulieri *k* pupillóve qui *l* cum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere vult, vt auctore eo agat (ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest) qui Prætorianus *m* tutor dicitur, quia à prætore vrbis dari consueuit.

25 Pupillorum pupillarúmque tutores & negotia gerunt, & auctoritatem *n* interponunt. Mulierum autem tutores auctoritatem *o* duntaxat interponunt.

26 Si plures sunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatem accommodare, præter *p* eos qui *q* tunc dati sunt: nam ex his vel vnius *r* auctoritas sufficit.

27 Tutoris auctoritas necessaria est, mulieribus *s* quidem in his rebus, si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si ciuile negotium gerant, si libertæ suæ permittant in contubernio alieni serui morari, si mancipia alienent. Pupillis autem hoc amplius, etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

28 Liberantur tutela, masculi quidem pubertate *t*. Puberem autem Cassiani *v* quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare potest: Proculeij *x* autem, eum qui quatuordecim annos expleuit: verùm *y* Priscus eum puberem esse, in quem vtrunque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. Fœminæ autem tutela liberantur *z*.

DE CVRATORIBVS *a*.

TIT. XII.

CVRATORES aut legitimi sunt, id est, qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut honorarij *b*, id est, qui à Prætore constituuntur.

2 Lex *c* duodecim Tabularum furiosum, itémque prodigum cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum.

3 A Prætore constituitur curator, quem ipse Prætor voluerit, libertinis, prodigis, itémque ingenuis, qui ex testamento parẽtis heredes facti, male dissipant *d* bona: his enim ex lege curator dari non poterat: cum ingenuus quidem non ab intestato, sed ex testamento heres factus sit patri: libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui nec *e* patrem habuisse videtur, cum

---

a Qui flaminium Diale adipiscebatur iure patrio exibat. *Tacit. 4. Annal. anno 776.* *b* i. Iouis. *c* Gellius 1. c. 12. Virgo vestalis, simul atq. capta in atrium Vestæ deducta, Pontificibúsque tradita est, eo statim tempore, sine emancipatione, ac sine capitis minutione, è patria potestate exibat. *d* *Caius 7:1. Inst. 13:26. ff. 1.* *e* *l. 1. paragr. 3. ff. eod. l. 1. ff. de legit. tut.* *f* propter ætatem *paragr. 1. Inst. eo. l. 1. ff. eod. διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Theoph. eo.* *g* *l. 1. ff. de curatore furioso.* *h* *l. 5. de tutorib.* *i* per consequẽtias hæreditatum *l. 3. ff. de legit. tut.* per interpretationem, ac si verbis legis introducti essẽt. *Inst. de legit. patr.* vt qui sperarent successionem, iidem bona consequerentur *Inst. d. tit. l. 1. ff. de legi. tut. v. l. 73 ff. de regul. iur.* *k* per virilis sexus cognationẽ. *paragr. 1. Inst. de legitima adgn. tut.* per virilis sexus personas *l. 7. ff. de legitimis tut.* per patrem cognati, ex eadem familia *l. 10 paragr. 2. ff. de grad. b.* *l d. paragr. 2.* communi n. iure familiam dicimus omniũ adgnatorum. *l. 195. paragr. 2. versicõmuni. ff. de ver. sig.* *m* veluti fratres, patrueles, filij fratris, patruelis *Cuiac. hic.* *n* fiduciario sc. *de quo* ℣. *o* i. patre naturali *v.* ℣. *p* Patroni ad tutelã libertorum quos manumiserunt vocati sunt, lege XII. tabul. ex consequentia. *paragr. 4. ℣. eod.* Eadem igitur similitudine, patres vocati oportuit ad liberorum, quos emanciparunt, & manumiserunt tutelam. *q* *v. 6 Caij 3. ver. mancipat.* *r* *v. paragr. 7. ℣. eo.* *s* nota de Cessito tutore *vt hic*: & Cessitia tutela ℣. *eod. & paragr. 8. & 17. ℣.* *t* *de qua v. l. 3. C. de legitima tut.* *v* sustulit *Cuiacius.* *x* Tribonianus hunc locum ita interpretatus est, exceptis his que in iure alieno positis personis deferũtur. *l. 7. ff. de capit. min.* quẽ locũ Cuiac. *hic* ita restituit, exceptis his quæ I. A. P. P. id est exceptis his quæ iure agnationis proximis potissimum deferuntur. Hotomanus 3. *obs. 9.* legit exceptis his quæ in nomine alieno positis personis deferuntur. *y* *l. vlt. ff. de capite minut.* *z* Cicero *pro Cecinna, in f.* Iam populus cum eum vendit, qui miles factus non est (i. quia ad dilectum non respondit. qua de re dixi ad *l. 2. ff. comm. præd. l. 40 paragr. 10. ff. de re milit.*) non adimit ei libertatem, sed indicat eum non esse liberum, qui cùm liber esset, adire periculum noluit. Cum autem incensum (id est eum qui censum vitauit) hoc indicat: cùm ij, qui in seruitute iusta fuerint, cẽsu liberentur, eum, qui, cùm liber esset censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. Quod si maxime hisce rebus adimi libertas aut amitti potest, &c. Halycarn. etiam libro 4. refert Seruij Tullij iussu bona omnium ciuium censita, eis qui non censerent, pœna proposita, vt bonis in fiscum redactis, cæsi virgis sub hasta venirent: eámque diu legem Romanis seruatam fuisse. *a* *l. 17. ff. depositi.* *b* *d. l. 27.* ibi, nulla denunciatione à domino facta. vel, vt Hotomanus legit, 5. *obs. 12.* nulla denunciatione domino facta. Priori sententiæ optimè conuenit illud Tertulliani 2. *ad vxorem*, Nónne insuper censuerunt seruituti vindicandas, quæ cum alieno seruo post dominorum denũtiationem in consuetudine perseuerarent *adde l. 3. C. de murileg.* *c* Id hodie abrogatum est *C. de Sc. Claud. tollend. & Inst. de succession. sublat.* quæ fiebant *per bon. vend.* &c. *d* *d. l. vlt.* *e* Minima capitis diminutione, familiam & ciuitatem media, familiam & ciuitatem: maxima, familiam ciuitatem & libertatem amittimus *d. l. vlt. adde Inst. de capit. diminut.* *f* Testamento dari tutores, lege confirmantur *vt hic.* *g* Hoc caput ad hæreditates etiam & legata refertur, vti quisque legassit, suæ rei ius esto *l. 120. ff. de verb. signif.* vti quisque legassit de re sua, ita ius esto. *Nouel. 22. c. 2.* Pater familias vti super pecunia tutelave sua legassit, ita ius esto. Author ad Herẽ. 1. super pecunia, tutelave suae rei *l. 53. ff. de ver. sig.* vt eam pecuniam, eásve res, quibúsque dare legare volet ius potestásque esto *l. 1. ff. ad l. Falc.* & Vlp. *tit. 1. paragr. 9. ℣. eod.* Lex XII. tab. confirmat quod datum, legatũ est. *h* melius quàm in *l. 53 ff. de verb. sig.* super pecuniæ, tutelave suæ. *i* verba quæ sequuntur, esse quasi argumentum sententiæ sequentis videntur. aliàs improprie legitimi tutores datiui dicuntur *l. 5. ff. de legib.* quod tamẽ ex hoc *paragr.* sequitur. *k* *paragr. 3. ff. de tutelis: l. 1. ff. de testamen. tut.* *l l. 21. ff. de test. tut.* *m* *de quo vide* ℣. *tit. de Latinis.* *n* i. se excusauerit *l. 11. paragr. 2. ff. de testam.* *o* eiúsq. loco nõ legitimus, sed datiuus constituetur *d. paragr. 2.* *p* ad hanc cessionem in iure refer *paragr. 3. ℣. eo.* *q* i. excusare. *r* *v. Inst. de Attiliano tutore.* *s* *Inst. d. loco.* *t* iisque qui sunt eius prouinciæ, vel ibidem domicilium habẽt *l. 1. in f. ff. de tutorib. dat.* *v* *l. 5. paragr. 4. l. 61. ff. de iure dot.* *l. 22. paragr 10. ff. soluto adde l. 7 ff. de tutorib. dat.* *x* Dos olim dicebatur. qua de re *v. tit 6. paragr. 1. & 2. ℣. eod.* *y* *d. paragr. 2. in f.* adde & augendam & mutuendam *d. l. 7.* *z* hanc vocem delendam putat Cuiacius, cùm hic agatur de pubere non de pupilla. *a* *l. 17. ff. de tutelis: l. 11. l. 40. ff. de excusat. tut.* *b* & ad res alias *d l. 17. l. 11. l. 40.* *c* *d. l. 17.* *d* *adde l. 15. ff. de tutelis: l. 10. ff. de tut. dat.* *e* *l. 9. ℣. de tutorib. dat.* *f* *l. 9. ff. de tutor. dat.* *g* hanc particulam Cuiacius expungit. *h* *l. 14 paragr. 4. ff. de tutelis: l. 11. paragr. 1. ff. de legit. tut.* *i* *d. l. 11. paragr. 1.* *k* dixi ad leges XII. tab. lib. 2. *adde paragr 27 ℣. eo.* *l* *v. l. 1. C. de in litem dando.* *m* prætorius *paragr. vlt. Inst. de auth. tut.* Hodie tutorem habenti tutor non datur: sed curator. *n* *l. 1. ff. de admin. tut.* *o* *v. ff. C. Inst. de auth. tutor. v. Cuiac. 7 obs. 11.* *p* hodie id immutatum *v. l. vlt. C. de author. præst.* *q* qui testamento dati *Cuiac.* *r* *d. l. vlt. adde l. 4. l. 5. l. 7. §. 1. ff. de auctor. tut.* *s* §. 4. ℣. *eod.* *t* *Inst. quib. mod. tut.* *v* veteres *Inst. quib. mod. tut.* *x* Proculiani: quorum sententia probatur à Iustiniano *l. vlt. C. quando tutor. vel curat. esse desin.* *y* & ita tres Iurisconsulti inter se dissentiũt. Cassiani, Proculiani & Priscus. sic alibi Gallus. Labeo & Tubero *l. 32. §. 1. ff. de auro.* *z* anno XII. I. s. hũc locũ ita censeo perficiendũ *Inst. d. loco. & d. l. vlt.* nisi malis dicere fœminas excusari à tutelis. *a* 1. *Cai. 8. 1. Inst. 23:5. C. 70:27. ff. e.* *b* dãtur etiã testamẽto, postea cõfirmãdi à præside §. 1. *Inst. e.* *c* *l. 1. ff. de curat.* *d* qui neq. tẽpus, neq. finẽ expẽsarũ habẽt *d. l. 1.* *e* vtitur Iurisconsultus argumẽto à priuatione ducto. vt & alibi, Nemo cogitur reddere quod nõ habet *l. 22. §. 3. ff. ad Treb.* Nõ repudiat, qui negat nuptã *Nou. 74. c. 5.* Nõ latitat, qui sibi nõ est idoneus defensor *l. 5. ff. de reb. auct.* Seruus capite minui nõ pũt, qui nullũ caput habet *l. 3. in f. ff. de cap. min.*

seruilis

a Imò, aliqua *Instit. de seruis cognat.* *b* *l.2.ff.eod.* *c* hæc epigraphe conuenit melius titulo sequenti. *d* Dion 54. refert legem Iuliam τοῖς τε ἀγάμοις καὶ τοῖς ἀτέκνοις graues pœnas irrogasse. Intelligit autem id pœnæ genus quo cœlebs vetatur quidquam extranei testamento capere: nisi intra centum dies nuptias contraxerit *tit.17.paragr.1.3.eod.1.Sozom.9.l.33.ff.de mortis causa: l.12.ff de vulgari:* Tertullianus *libro de Monogamia.* Aliud est si apud Christum, legibus Iuliis agi credunt & existimant cœlibes & orbes, e testamento Dei solidum capere non posse. Tacit. 3. *Annal.* Relatum de moderãda Papia Popœa, quã senior Augustus post Iulias rogãtas incitandis cœlibũ pœnis, & augendo ærario sanxerat & c. ad has pœnas respexit Plutarch. lib. περὶ φιλοστοργίας, ῥωμαίων πολλοί, inquit, χαίρουσι καὶ γυναῖκας, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομῶν διώκωσι. Author Panegyrici Maximo & Constantino dictati leges Iulias ita commendat. Leges, inquam, quæ mulcta cœlibes notarunt, parentes præmiis honoratunt, verè dicuntur esse fundamẽta Reipublicæ, quia seminarium iuuentutis & quasi fontem humani corporis semper Romanis exercitib. ministrarũt. *e* Orbus semissis capiendi capax erat, non solidi *l.6. ff.de vulgari: l.42.ff.de legat.1. l.16.paragr.15. ff. ad Treb. l.13.in f. ff. de iure fisci.* hinc ille instituendi leges in tempus capiẽdæ hæreditatis *l.62. ff.de hered. instit.* ex parte quam quis per leges capere possit *l. 78. in f. ff.de her. instit.* Et ita melior orbi quàm cœlibis conditio, quia maritus orbus, saltem dimidium capit: cœlebs nihil. *f* Solitarius hîc dicitur, qui vnicum & solum filium habet μόνον πολύγετον ἤγε μονάχον, vt Aquila loquitur: quasi medius inter orbum & cœlibem, & multorum liberorum parentem. Priorum pœnas vt non patitur, ita posteriorum præmiis non fruitur. *g* quæ & Papia *l.44.ff.de ritu. l.28.C.de nupt.* *h* *l.16.l.31.l.32.l.34.in f.l.44.ff.de ritu.* Id hodie senatoribus remissum est. *Nouel.78. c.3.* *i* *l.23.ff.de ritu: l.28.C.de nupt. l.7.C.de incestis.* *k* *d.l.7.d.l.42.paragr.1.ff.de ritu.* *l* *l.41.l.43.ff.de ritu: l.7.in f.ff.de incest.* *m* *d.l.43.paragr.6.7.8.* *n* *d.l.43. paragr.12.13.* *o* *d.l.13.paragr.10.11.* *p* *d.l.44.ff.de ritu.* *q* qui ad leges Iulias scripsit. *r* *l.16.l.43.paragr.10.ff.de ritu.* *s* Orbis, cœlibibus & solitariis iniectæ. *t* Quid maritis? triennij videtur fuisse ex lege Iulia *Sueton.* anni, lege Papia. Nam ipse Augustus, apud Dionem 56. dicitur iis qui cœlibes essent primùm dedisse triennium, deinde biennium (lege Iulia vt est credibile) tum annum, lege Papia. Sed hoc tempus currebat à lege lata. An à die diuortij vel mortis eius temporis esset vacatio, incertum fortè, quoniam de fœminis Vlpianus hîc tantum loquitur: in quas, leges quàm in viros mitiores fuere semper *v. Cuiac.6.obs. 37.*

v hoc est, vt interim etiamsi cœlibem vitam agant, capere ex alterius testamento possint. Lex enim Iulia vetat cœlibes quidquam testamento extranei capere *l.11. ff. de vulgari. l.35. ff.de mort. caus.* *x* triennij. ita legendum est. nam Augustus triennium constituit, teste Suetonio. *y* id est, in honorem matrimonij. *z* *l. 18.ff.de auro: adde l.6.ff.de vulgari: l.42. ff de legat.2.* respexit huc orator vetus: Placet ergo, ô leges diligentissimæ pudoris custodes, decimas vxoribus, quartas meretricibus dari? Porro, decimaria ea lex sublata *l.2.C.de infirm.pœnis cœlib.* *a* Aliæ decimæ erant, quæ nomine matrimonij, aliæ quæ propter singulos liberos percipiebantur. *b* tres. *tit.prox.§.* *c* Nam defuncti ante nominis susceptionem, pro non susceptis habentur. *d* *tit.prox.§.* Nominalia intelligit, quorum meminit Tertullianus *in libro de idololatria*, seu diem nonum ac lustricum, quo infantes lustrãbant, eisque imponebant nomina. *Macrob.1.Saturnal.16. Festus in voce lustrici dies, vbi vide Iosephum Scaliger: Plutarch. in quæstion.b.* Suidas tamen refert nomen imponi solitum τῇ δεκάτῃ deferebant autem infantulos περὶ τὴν ἑστίαν τρέχοντες κύκλῳ. *Ioseph. Scaliger. d. loco.* *e* *l.6.ff. de vulgari: dixi 8. in epigraphe, titul.13.* *f* huc refer dictum locum Tertulliani *cap. 4. Apologet.* Nõnne vanissimæ leges Papiæ, quę ante liberos suscipi cogunt, quam Iuliæ matrimonium contrahi?

g *v. Institut. de success. cognat. in fin.*

h Cuiacius, legit donec abest intra Cuiac. *hic.*

i Isidor. 5 Etym. 24. Ius liberorum est coniugum sine liberis, inuicem pro loco pignorum, hæreditatis alterna conscriptio. eámq. definitionem confirmat lex 9. C. Theodos. de infirmand. his quæ sub Tyrannis, ibi, valeat impetratio iuris communium liberorum. quod ius hodie omnibus datum est *C. de iure liberorum.* Ius illud liberorum his negabatur, quorum anni simul ducti & computati centum transiisse dicerentur. *Augustin. 3. contra Iulian. de iure trium liberorum. v. Duarenum 1. disput.40.*

k *Plinius 2. epist. & lib. 10. Dion. 55.*

l *v. tit. prox.§. eod.*

m Anni & sex menses, bis nouem menses, Nouem menses, iustum tẽpus pariendi.

n *l.29. ff. de liberis.*

o id abrogatum *l.1.l.2.C. de infirmandis pœnis cœlibatus.*

p l. Iuliæ & Papiæ. hæc, de procreandis liberis: illa, de matrimonio contrahendo.

q Senatusconsultum Perniciianum.

r Lege Iulia, si maior sexagenario, aut maior quinquagenaria nuptias contraxisset, ius ab extraneo testamento capiendi amittebant: quasi operam matrimonio dare non possent *l.15.paragr.2.ff.de adoptionib.* Lactantius 1. Quid ergo est quare apud Poetas salacissimus Iupiter desierit liberos tollere? Vtrum sexagenarius factus est & illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? & Apuleio 2. *Apologet.* in iudicio obiectum, quòd Pudentilla ei anno ætatis 60. ad libidinem nupsisset. Hodie maior sexagenario minorem quinquagenaria ducere potest *l.27.C.de nupt. l.12.C.de legitim. hæred. b* Nam auctore Aristotele 5. περὶ ζῴων ἱστορίας, vir vsque ad 70: fœmina vsque ad 50 gignit. *l.21.ff.de act. empt.* quod & Senatusconsulto Claudiano comprehensum fuisse, hîc constat. adde Suetonium in Claudio c. 23. *s* impar matrimonium.

t lege Claudiano, vt §. *v* dos caduca *l.38.paragr.1.ff.de ritu.* *x* *6.Cod.50.*

y Caduca sunt, quæ iure relicta capaci, aliqua ex causa post mortem testatoris ab eo cadunt in fiscum. Capaci dixi. nam quæ incapaci relinquuntur pro non scriptis habentur. *z* 1. Sozomen. 9. *a* *Tit.11 paragr.16: Tit.20.paragr.18: Tit.22.paragr. 3.§.eod.* *b* i. nuptias non fecerit. *c* rectè id adiectum est. nam ex parte scriptus, etiam clausis tabulis testamenti, adire hæreditatem potest: quatenus lex Papia ius tantùm adcrescendi aufert cohæredibus vel legatariis. *d* i. peregrinus. *e* Cuiacius hunc §. ita restituit, Omnia caduca fisco vindicantur, sed seruato iure aliquo liberis & parentib. Hodie ex constitutione imperatoris Antonini caduca cum suo onere fiunt. *f* hodie caducariæ leges abrogatæ *C. de caduc. tol.* *g* *v. tit.18.§.eod.* *h* Initium huius §. emendatum est § superiore. *i* sed & legata, &c. *k* *tit.1. §.21: tit.17.§.2.§ eod. tit.25.§.17.* *l* *2.Inst.1.* *m* *41.ff.1.* *n* tollitur differẽtia rerũ mãcipi & nec mãcipi *tit. C. de vsuc. transfor.* *o* Mancipiũ est, quicquid capi cõmuniter ac domari solet, vt homo, equus, ouis. Bestię mãcipia sũt, cũ primũ domari incipiũt. *Isi-*

DE CŒLIBE *d*, ORBO *e*, ET SOLITARIO *f* PATRE.

TIT. XIII.

REGE Iulia *g* prohibentur vxores ducere, senatores *h* quidem liberique eorum, libertinas *i*, & quæ ipsæ, quarúmve pater matérve artem ludicram *k* fecerit: item corpore *l* quęstum facientem.

2 Cæteri autem ingenui prohibẽtur ducere lenam *m*, à lenone, lenáve manumissam, & in adulterio *n* deprehensam, & iudicio publico damnatam *o*, & quæ artem ludicram *p* fecerit: adiicit Mauricianus *q*, & a senatu *r* damnatam.

DE POENA LEGIS IVLIAE *s*.

TIT. XIIII.

POEMINIS *t* lex Iulia à morte viri anni tribuit vacationem *v*: a diuortio sex mensium: lex autem Papia à morte viri, biennij *x*: à repudio, anni & sex mensium.

DE DECIMIS.

TIT. XV.

VIR & vxor inter se matrimonij nomine *y* decimam capere possunt *z*. Quòd si ex alio matrimonio liberos superstites habeant, præter decimã quam matrimonij nomine capiunt, totidem *a* decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius, filiáve, post nonum diem amissus, amissáve, vnam decimam adiicit. duo *b* autem post *c* nonum *d* diem amissi, duas decimas adiiciunt. Præter decimam, etiam vsumfructum tertiæ partis bonorum eius capere possunt: & quotcunque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem. Hoc amplius mulier petere præter decimam dotem potest legatam sibi.

DE SOLIDI *e* CAPACITATE INTER VIRVM ET vxorem.

TIT. XVI.

ALIQVANDO vir & vxor inter se solidum capere possunt: velut si vterque, vel alteruter eorum nondum eius ætatis sit, quæ quidem liberos exigit *f*: id est, si vir minor annorum viginti quinque sit, aut vxor annorum viginti minor. item si vtrique lege Papia finitos in matrimonio annos excesserint, id est, vir sexaginta ann. vxor quinquaginta. item si cognati inter se coierunt vsque ad sextum *g* gradum: aut si vir absit, & donec *h* abesset, intra annum postquam abesse desierit, libera inter eos testamenti factio est. Si ius *i* liberorum à principe *k* impetrauerint: aut si filium filiámve communem habeant: aut quatuordecim ann. filium, vel filiam duodecim amiserint: vel si duos trimos, vel si tres *l* post nonum diem amiserint, vt intra annum *m* tamen & sex menses. Etiam vnus cuiuscunque ætatis impubes amissus solidi capiendi ius præstat. Item si post mortem viri intra *n* decem menses vxor ex eo peperit, solidum ex bonis eius capit.

2 Aliquando nihil *o* inter se capiunt, id est, si contra legem Iuliam, Papiámque Popeam contraxerint matrimonium: verbi gratia, si famosam quis vxorem duxerit, aut libertinam senator.

3 Qui intra sexagesimum, vel quæ intra quinquagesimum annum neutri *p* legi paruerit, licet ipsis legibus post hanc ætatem liberatus esset, perpetuis tamen pœnis tenebitur, ex senatusconsulto *q* Perniciano. Sed Claudiano senatusconsulto maior sexagenario *r*, si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habetur, ac si minor sexaginta annorum duxisset vxorem. Quòd si maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, impar *s* matrimonium appellatur: & senatusconsulto Caluitiano *t* iubetur non proficere ad capiendas hereditates, & legatas dotes. Itaque mortua muliere, dos caduca *v* erit.

DE CADVCIS *x*.

TIT. XVII.

QVOD quis sibi testamento relictum, ita vt iure ciuili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, veluti *y* cecidit ab eo: verbi gratia, si cœlibi *z*, vel Latino *a* Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel cœlebs legi paruerit *b*, vel Latinus ius Quiritium consequutus sit: aut si ex parte scriptus *c*, vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel peræger *d* factus sit.

2 Hodie *e* ex constitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fisco vindicantur *f* sed seruato *g* iure antiquo liberis & parentibus.

3 Caduca *h* cum suo onere fiunt: ideóque libertates & legata fideicommissa ab eo data, ex cuius persona hæreditas caduca facta est, salua sunt: scilicet *i* & legata, & fideicommissa cum suo onere fiunt caduca.

QVI HABEANT IVS ANTIQVVM IN CADVCIS.

TIT. XVIII.

ITEM liberis *k* & parentibus *l* testatores vsque ad tertium gradum lex Papia ius antiquũ dedit: vt heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat, aut totum, aut ex parte, prout pertinere possit.

DE DOMINIIS *m* ET ADQVISITIONIBVS RERVM.

TIT. XIX.

OMNES res aut mancipi sunt *n*, aut nec mancipi. Mancipi *o* res sunt prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus: quam vrbana, qualis domus. Item iura prædiorum rusticorum: velut via, iter, actus & aquæductus. Item serui & quadrupedes, quæ dorso collóve domantur, velut bo-

a adde *l.2.in f.ff.ad l. Aquil.* *b* *paragr.3.4.5.& 6.j.* *c* §.7.j. *d* §.8.j. *e* *paragr.9.10.11.12.13.14.& 15.j.eod.* *f* *paragr.16.j.* *g* *paragr.17.j.* *h* eiúsque similitudo 1. *Oui.6.paragr.3.* vnde imaginaria venditio dicitur, *Inst.de test.ord.* imaginaria causa *l.3.ff.de capit.minut.* *i* hæc particula dispungenda. *k* hac solennitate vtebantur in emancipationibus *d.l.3.d.paragr.3.* in testamentis, *Instit.de test.ord.* in solutionibus, *Cicero 2. de leg.b.* & breuiter Boetius, quamcunq; rem lege XII. tabularum, aliter quàm per hanc solennitatem non potuisse alienari, testatur: adde Cõtium 1. *disput.* 2. vnde mancipatio inter actus legitimos refertur *l.77.ff.de regulis iur.*

l Hæc solennitas fuit verborũ. Qui mancipium accipiebat, æs tenens ita dicebat, *Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse aio: isque mihi emptus est hoc ærè æneaq; libra.* deinde ære percutiebat libram idque ei dabat, à quo mancipiũ accipiebat.

m Instit de testament. ordinand. Libripẽs libram æneam tenebat.

n Latini libertini ad similitudinem antiquæ latinitatis (quæ in colonias missa est) videtur esse introducta: *l.vn. Cod.de Latina libert.in pr.*

o Peregrinis datur ius commercij *l.15.ff.de interdictis & releg.*

p Commercium, ius vendendi, emendi, permutandi *l.5. ff. de institia* Patet tamen interdum latiùs id vocabulum *l.1. & toto titulo Cod. de commerciis.*

q *l.20 C.de pact.*

r propria *Cuiac.*

s rerũ nec mancipi. Nec mancipi rerum, &c. *Cuiac.hic.*

t *d.l.20.*

v *d.l.20.*

x dicitur e iam vsucapio, vt & pignoriscapio 7. *Gel.10.*

y ita legit Isidorus 5 *c.2.*: adiectio *l.3 ff.de vsurpationib.*

z Cessio in iure, seu præsente Prætore ita fit. Is cui res ceditur, Rem tenens ita vindicat, *Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse aio.* Ab his, Prætor interrogat cedentem, *An contra vindices*, vel A.F,A, id est, *Annefius author.* Est enim ita in notis apud Probum A,T,D,Q,C,V. id est, *Anne tu dicis qui contra vindicaueris?* Quo negante, aut tacente Prætor ei qui vindicasset rem addicebat, idque legis actio vocabatur. Formula addicendi talis esse potuit Q,N,H,E,H,P,E,V,A, id est. *Quando negas, hunc ego hominem præsenti & vindicanti addico.* Potuit etiam ita concipi Q,N,A,N,N,H,E,H,P,E,V,A, id est, *Quando neque ais, neque negas, hunc ego hominem petenti & vindicanti addico* Hinc constat in rei vindicatione, non satis fuisse possessorem negare intentionem actoris, sed præterea eum debuisse contra vindicare, *argum.paragr.2.Instit.de actionib.ibi, Possessor autem dominum eius se esse dicat: adde Cont.1.disput.12.*

a Tribus verbis omne officium prætoris continebatur, *Do, Dico, Addico*: Dabat iudices, Ius dicebat, Addicebat *vt hic.*

b Vsufructus cessione finitur *l.66.ff.de iure dotium.*

c *v.§.12. j.eod.*

d *tit.II.paragr.7.§.eod.*

e quæ & Cessicia. Fit autem vindicta: cedit libertatem dominus, seruus vindicat: Prætor addicit. Verba domini si requiras, ea fuerunt: *Hunc hominem liberum esse volo, Festus in voce Manumitti*: Verba Prætoris, Φάναι τὸν πάντα ἄνθρωπον ἐλεύθερον καὶ ποιεῖν Ῥωμαῖον, Fragmentum indicis Latino græci in Bibliotheca regia. Interdum etiam fiebat manumissio, sed & absente Prætore, præsente solo eius lictore *lege 23.ff.de vianumiss. vindicta.*

f *vide paragr.13. & 14 j.eod. paragr.15.j.eod.*

g is à quo *Cuiac.hic.*

h Qui debitoris hæreditatem adit, contrahit cum defuncti creditoribus *l.3. in f.l.4.quibus ex caus.in poss.*

i Superius dixit de hæreditate, hic de rebus corporalibus. vt hinc colligas, Hæreditatem inter res corporales non adnumerari. Hæreditas, iuris nomen *l.119.l.178.paragr.1.ff.de verbor.signif.* incorporalis *paragr.2.Inst.de rebus corporalib.*

k cui cessæ sunt. Cuiacius ita legit, pro, cessa est hæreditas.

l *paragr.vlt. Inst.de off.iudicis: l.11.in fi.ff.de iurisd. l.21 paragr.3.ff.de annuis.*

m Nota formulam, 1. actionem. *vt tit.25.paragr.12 j.eod,* adiudicationis familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum.

n *paragr.4.Inst.de off.iud.*

o *paragr.5.Inst.de off.iud.*

p *paragr.6.Inst.de off.iud.*

q Quid caducum *v.tit.5.eod.*

r hanc particulam Hotomanus 3.*obs.*32. expũgit.

s Ereptitium, quod quasi indigno auferitur, vt in *l.pen.ff.de iure fisci*: quadrans eripiatur, & in *l.25 ff.de fideiis*: hæreditas eripietur *Cuiac.observ.27.* & fisco statim ipso iure vindicatur *l.9.l.18.l.vlt.ff.de his quæ vt indignis.* Eleganter Vlpianus eripiendi verbo potius vsus est, quàm auferendi, vt indicaret, quasi de manibus auferri, quod iam esset adquisitum *l.4.ff.ne quis eis.v. Contium 1. disputat.12.* Sed tamen Hotomanus 3.*obser.*32. legit receptitium. Quod quid sit, vide eundem dicto loco.

t Ea lata est de caducis hereditatibus & legatis, vt Falcidia de modo legatorum.

v *l.47. in fine. ff. de peculio. l.100. ff.de verb.signif.*

x *vide Instit.per quas personas cuique adqu.*

y §.3. *Instit.per quas pers. cuique lege 10.paragr.1. ff.de adquir.rer.*

z *vide Instit. & ff. de stipulatione seruorum.*

a *paragr.3.Instit. de hereditibus instituendis.*

b *dicto paragr.3. l.39.paragr.1.in f. l.89. paragr.2. ff. de legatis 1.*

c In hæreditate, nihil mutatum: in legato mutatum, cùm inuito seruus adquirat *d.paragr.3.*

d id est, Bonitarius. Theophilus *Inst.de libertis.§.* ἢ τοὺς ἐστὶν οὗς, ὡς ἔφην, φυσικὴ δεσποτεία καὶ ἔννομος δεσποτεία. καὶ ἡ μὲν φυσικὴ λέγεται, in bonis: καὶ δεσπότης βωνιτάριος, ἡ δὲ ἔννομος ἐκείνη. Iure Quiritium, ex iure Quiritium. Hæc ille, *adde tit.paragr 16.§.c.*

e ex operis. ita tamen scriptum reperio in lege 36 *ff.de stip.serv.*

f *paragr. 4. Inst. per quas pers.cuique.*

g 2.*Instit.10.ad de 4.Paul.sent.4.*

h 6.*Gel.* 12. testatio *Instit.eod.* μαρτυρία, *Theophil.Inst.de testament. ordinand.*

i *Inst.eod.paragr.*

k Comitia calata, pro collegio pontificum habebantur: aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa. Eorum alia Curiatis (quæ per lictorem Curiatim calari, i. conuocari moris erat) Centuriata per cornicinem. Calatis etiam sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant. Gellius 15.27. calata comitia his anno fieri solita scribit, pacis tempore: calata dici, quòd populus ad ea vocetur. Est enim calari καλεῖν, *Theoph.d.loco.* Is autem qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium edere iubet. Centuriata in campo Martio habebantur, non intra pomerium. Illud addendum est ex Lęlio Fœliceo, Curiata comitia fuisse, cùm ex generibus omnium suffragium ferretur: Centuriata, cùm ex censu & ætate. Tributa, cùm ex regionibus & locis, 15 *Gel.27. in f.* Videtur tamen Festus *in Centuriata*, Centuriata & Curiata confundere.

l cum in prelium exituri essent *Inst.eo.paragr.1.* cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur 15.*Gel.27.*

m per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur 15.*Gel.27.*

n *paragr.1.Inst.eo.*

o emancipationem 15.*Gel.27 paragr.1.Inst.eod.*

p *v.l.vlt.C.de adopt.*

q *tit.19.paragr.3.§.eod.* Hodie septem adhibendi §.3.*Inst.eod.*

r §. 6.*Inst.eod.*

s §.9 *Inst.eod.*

t aut libripens. *ita legendum est.*

v *l.20.ff.qui testamenta.*

x *v.l.20 ff.de testib.l 3.C.de testib.*

y § 8.*Inst.eod.*

z *d.§.8.*

a pates *Cuiac.*

b Duo fratres in alieno testamento testes esse possunt *d.§.8. in f. l.22.ff.qui testamenta.*

c *d.§ 8.in f.l.17.ff.de testib.*

d §.6.*Inst.eo.*

e *d.§.6.*

f *d.§.6.l.20.§.4. ff.qui testam.*

g *d.l.3.paragr 5.l.19.in f ff.de testib.paragr. 6.Inst.eod.*

h *v.l.20.paragr. 6.ff.qui testamenta: l.18.ff.de testib.*

i i. hęres.

k de quo dictum est *tit.1.paragr.5.§. eo. & tit.3.§.e.tit.19.paragr.4.§.e.*

l & cõmercium habet *d.paragr.4.*

m Quænam agantur in testamento, per æs & librã.

n Formula nuncupationis testamentariæ, *cui adde l.58.de hær.inst.*

o perhibetote. Apuleius 2. Vos in hanc rem, boni Quirites, testimonium perhibetote.

p *l.6.l.16.l.19 ff.qui testam.*

q superest Marcus *Instit.quib.non est permiss.facere.*

r *l.6.in f.ff.de iniust.l.22.ff.de testamento militis.*

ues, muli, equi, asini: cæteræ res necmancipi sunt. Elephanti *a* & cameli, quamuis collo dorsóve domentur, necmancipi sunt: quoniam bestiarum numero sunt.

2 Singularum rerum dominia nobis adquiruntur, mancipatione *b*, traditione *c*, vsucapione *d*, in iure cessione *e*, adiudicatione *f*, lege *g*.

3 Mancipatio propria species alienationis est *h*, & *i* rerum mancipi *k*: eáque fit certis *l* verbis, libri pende *m*, & quinque testibus præsentibus.

4 Mancipatio locum habet inter ciues Romanos, & Latinos Colonarios *n*, Latinósq. Iunianos, eósque peregrinos quibus *o* commercium datum est.

5 Commercium est emendi *p* vendendique inuicem ius.

6 Res mobiles non nisi præsentes mancipari possunt, & non plures quam, quæ manu capi possunt. Immobiles autem, etiam plures simul, & quæ diuersis locis sunt, mancipari possunt.

7 Traditio *q*, proprie *r* est alienatio rerum *s*. Nec mancipi rerum dominia, ipsa *t* traditione deprehendimus: scilicet, si ex iusta causa traditæ sunt nobis.

8 Vsucapione *v* dominia adipiscimur, tam mancipi rerum, quam necmancipi. Vsucapio *x* est autem dominij adeptio *y*, per continuationem possessionis anni, vel biennij: rerum mobilium anni, immobilium biennij.

9 In iure cessio quoque communis alienatio est, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres *z* personas, in iure cedentes, vindicantes, addicentes.

10 In iure cedit dominus: vindicat is, cui ceditur, addicit *a* Prætor.

11 In iure cedi res etiam incorporales possunt, velut vsusfructus *b*, & hereditas *c*, & tutela *d* legitima, & libertas *e*.

12 Hereditas in iure ceditur, vel antequam *f* adeatur, vel posteaquam adita fuerit.

13 Antequam adeatur, in iure cedi potest legitimo ab hærede: posteaquam adita est, tam a legitimo, quam ab eo qui testamento heres scriptus est.

14 Si antequam adeatur hereditas, in iure cessa sit, perinde heres fit cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. Quod si posteaquam adita fuerit, in iure cessa sit: is *g* cui cessa est, permanet heres, & ob id creditoribus defuncti *h* manet obligatus: debita vero pereunt, i. debitores defuncti liberantur.

15 Res autem *i* corporales, quoties singulæ in iure cessæ sunt, transeunt ad eum cui cessa *k* est hereditas.

16 Adiudicatione *l* dominia nanciscimur, per formulam *m*. Familiæ erciscundæ *n*, quæ locum habet inter coheredes: & per formulam Communi diuidundo *o*, cui locus est inter socios: & per formulam Finium regundorum *p*, quæ est inter vicinos. Nam si iudex vni ex heredibus aut sociis, aut vicinis rem aliquam adiudicauerit, statim illi adquiritur, siue mancipi, siue mec mancipi sit.

17 Lege nobis adquiritur, velut caducum *q* vel *r* ereptitium *s* ex lege Papia Popœa *t*: item legatum *v* ex lege XII. Tabularum, siue mancipi res sint, siue necmancipi.

18 Adquiritur autem nobis etiam per *x* eas personas, quas in potestate, manu, mancipióve habemus. Itaque si quidem (mãcipio puta) acceperint, aut traditum *y* eis sit, vel stipulati fuerint *z*, ad nos pertinet.

19 Item si heredes instituti *a* sint, legatúmve *b* eis sit: & hereditatem iussu *c* nostro adeuntes nobis adquirunt, & legatum ad nos pertinet.

20 Si seruus alterius in bonis *d*, alterius ex iure Quiritum sit, ex omnibus caussis adquiret ei, cuius in bonis est.

21 Is quem bona fide possidemus, siue liber, siue alienus seruus sit, nobis adquirit ex duabus caussis tantùm, id est, quod ex re nostra, & quod ex operibus *e* suis adquirit: extra *f* has autem caussas, aut sibi adquirit, si liber sit: aut domino, si alienus seruus sit. Eadem sunt & in eo seruo, in quo tantùm vsumfructum habemus.

DE TESTAMENTIS *g*.

TIT. XX.

TESTAMENTVM est mentis nostræ iusta contestatio *h*, in id solẽniter factum, vt post mortem nostram valeat.

2 Testamentorum genera fuerunt tria *i*, vnum, quod calatis *k* Comitiis, alterum quod in procinctu *l*, tertium quod per *mæs n* & libram appellatum est. Illis duobus testamentis abolitis, hodie solùm in vsu est, quòd per æs & libram fit: id est, per mancipationem *o* imaginariam *p*: in quo testamento libripens adhibetur, & familiæ emptor, & non minus quam quinque *q* testes, cum *r* quibus testamenti factio est.

3 Qui in *s* potestate testatoris est, aut familiæ emptoris, testis ad *t* libræ pensæ adhiberi non potest. quoniam familiæ mancipatio inter *v* testatorem & familiæ emptorem fit: & ob id domestici *x* testes adhibendi non sunt.

4 Filio familiæ emente, pater *y* eius testis esse non potest.

5 Ex duobus fratribus *z* qui in eadem patris potestate sunt, alter familiæ emptor, alter testis esse non potest: quoniam quod vnus ex his mancipium accipit, adquirit patri, cui filius suus testis esse non debet: pariter *a* & qui in potestate eius est constitutus.

6 Duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes vtrique, vel alter testis, alter libripẽs fieri possunt, alio *b* familiam emente: quoniam nihil *c* nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi.

7 Mutus *d*, surdus *e*, furiosus *f*, pupillus *g*, fœmina *h*, neque familiæ emptor *i*, neque testis, libripénsve fieri potest.

8 Latinus Iunianus *k*, & familiæ emptor, & testis, & libripens fieri potest: quoniam cum eo testamenti factio est *l*.

9 In testamento, quod per æs & libram fit, duæ *m* res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio testamenti. Nuncupatur *n* testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testator tenens ita dicit, *Hæc vti his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos. QuiritES testimonium præbitote o.* Quæ nuncupatio & testatio vocatur.

10 Filius familiæ *p* testamentum facere non potest: quoniam nihil suum habet, vt testari de eo possit. Sed Diuus Augustus Marcus *q* constituit, vt filius familiæ miles *r* de eo peculio quod in castris adquisiuit testamentum facere possit.

sententia *l.1.ff qui testament.* ἐξήνοις 23. *Eclog.1.c.2.*: 5 *Harmenop.1.* 1:15. *Gel.27.*

k Comitia calata, pro collegio pontificum habebantur: aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa. Eorum alia Curiatis (quæ per lictorem Curiatim calari, i. conuocari moris erat) Centuriata per cornicinem. Calatis etiam sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant. Gellius 15.27. calata comitia his anno fieri solita scribit, pacis tempore: calata dici, quòd populus ad ea vocetur. Est enim calari καλεῖν, *Theoph.d.loco.* Is autem qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium edere iubet. Centuriata in campo Martio habebantur, non intra pomerium. Illud addendum est ex Lęlio Fœlice, Curiata comitia fuisse, cùm ex generibus omnium suffragium ferretur: Centuriata, cùm ex censu & ætate. Tributa, cùm ex regionibus & locis, 15 *Gel.27. in f.* Videtur tamen Festus *in Centuriata*, Centuriata & Curiata confundere.

l cum in prelium exituri essent *Inst.eo.paragr.1.* cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur 15. *Gel.27.*

m per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur 15. *Gel.27.*

n *paragr.1.Inst.eo.*

o emancipationem 15. *Gel.27 paragr.1.Inst.eod.*

p *v.l.vlt.C.de adopt.*

q *tit.19.paragr.3.§.eod.* Hodie septem adhibendi §.3.*Inst.eod.*

r §. 6.*Inst.eod.*

s §.9 *Inst.eod.*

t aut libripens. *ita legendum est.*

v *l.20.ff.qui testamenta.*

x *v.l.20 ff.de testib.l 3.C.de testib.*

y § 8.*Inst.eod.*

z *d.§.8.*

a pates *Cuiac.*

b Duo fratres in alieno testamento testes esse possunt *d.§.8. in f. l.22.ff.qui testamenta.*

c *d.§ 8.in f.l.17.ff.de testib.*

d §.6.*Inst.eo.*

e *d.§.6.*

f *d.§.6.l.20.§.4. ff.qui testam.*

g *d.l.3.paragr 5.l.19.in f ff.de testib.paragr. 6.Inst.eod.*

h *v.l.20.paragr. 6.ff.qui testamenta: l.18.ff.de testib.*

i i. hęres.

k de quo dictum est *tit.1.paragr.5.§. eo. & tit.3.§.e.tit.19.paragr.4.§.e.*

l & cõmercium habet *d.paragr.4.*

m Quænam agantur in testamento, per æs & librã.

n Formula nuncupationis testamentariæ, *cui adde l.58.de hær.inst.*

o perhibetote. Apuleius 2. Vos in hanc rem, boni Quirites, testimonium perhibetote.

p *l.6.l.16.l.19 ff.qui testam.*

q superest Marcus *Instit.quib.non est permiss.facere.*

r *l.6.in f.ff.de iniust.l.22.ff.de testamento militis.*

11 Qui de *a* statu suo incertus est (facito quòd patre peregre mortuo, ignorat se sui iuris esse) testamentum facere non *b* potest.

12 Impubes *c*, licèt sui iuris sit, testamentum facere non potest: quoniam nondum plenum indicium animi habet.

13 Mutus *d*, surdus *e*, furiosus *f*, itémque prodigus *g* cui lege bonis interdictum *h* est, testamẽtum facere non possunt: mutus, quoniam *i* verba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam *k* verba familiæ emptoris exaudire non potest: furiosus, quoniam *l* mentem non habet, vt testari de ea re possit: prodigus, quoniam *m* cõmercium illi interdictum *n* est, & ob id familiam mancipare non potest.

14 Latinus Iunianus, item is qui Deditiorum numero est testamentum facere non potest. Latinus *o* quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est. is autẽ qui Deditiorum *p* numero est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, cùm sit peregrinus *q*: nec quasi peregrinus, quoniã nullius certæ ciuitatis, sciens *r* vt aduersus *s* leges ciuitatis suæ testetur.

15 Fœminæ post duodecimum annum ætatis testamenta facere possunt tutore auctore, donec in tutela sint.

16 Seruus publicus *t* prætorisve, parte dimidia testamenti faciendi habet ius.

QVEMADMODVM *v* HERES INSTITVI DEBEAT.

TIT. XXI.

HEres institui rectè potest his verbis *x*, *Titius heres esto*, *Titius heres sit*, *Titium heredem esse iubeo*. Illa autem institutio, *Heredem instituo*, *Heredem facio*, plerisque improbata est *y*.

QVI HEREDES INSTITVI POSSVNT.

TIT. XXII.

HEredes institui possunt, qui testamenti factionem *z* cum testatore habent.

2 Deditiorum numero heres institui non potest, quia peregrinus *a* est, cum quo testamenti factio non est.

3 [Latinus Iunianus *b*,] si quidem mortis testatoris tempore, vel intra *c* diem cretionis ciuis Romanus sit, heres esse potest: quòd si Latinus mãserit, lege Iunia capere hereditatem prohibetur. Idem iuris est in persona cœlibis *d* propter legem Iuliam.

4 Incerta *e* persona heres institui non potest, veluti hoc modo: *Quisquis primus ad funus meum venerit, heres esto*: quoniam certum consilium debet esse testantis.

5 Nec *f* municipia, nec municipes heredes institui possunt *g*: quoniam incertum *h* corpus est, vt neque cernere vniuersi, neque pro libito de herede cernere *i* possunt vt heredes fiant. Senatusconsulto *k* tamen concessum est, vt à libertis suis *l* heredes institui possint. Sed fideicommissa hereditas municipibus restitui potest *m*: idque hoc senatusconsulto *n* prospectum est.

6 Deos *o* heredes instituere non possumus præter eos, quos senatusconsulto, constitutionibus Principum instituere concessum est: sicuti Iouem Tarpeium *p*, Apollinem Didymæum *q*, sicuti Martem in Gallia *r*, Mineruam Melitensem *s*, Herculem Gaditanum, *t* Dianam Ephesiam *v*, matrem deorum Cybelem *x*, eam quæ Smyrnæ colitur, & Cœlestum *y* Salinensem Carthaginis.

7 Seruos heredes instituere possumus nostros cum *z* libertate: alienos, sine libertate: communes, cum libertate, vel sine libertate *a*.

8 Eum seruum qui tantùm in bonis noster est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia Latinitatem consequitur: quod non proficit ad hereditatem capiendam *b*.

9 Alienos seruos heredes instituere possumus: eos tamen, quorum cum dominis testamenti factionem habemus.

10 Communis seruus cum libertate rectè quidem heres instituitur, quasi proprius, pro parte nostra: sine libertate autem, quasi alienus, propter socij partem.

11 Proprius seruus cum libertate heres institutus, si *c* quidem in eadem causa permanserit, ex testamẽto liber & heres fit, id est necessarius.

12 Quòd si ab ipso testatore viuente manumissus, vel *d* alienatus sit: suo arbitrio, vel iussu emptoris hereditatem adire potest. Sed si sine libertate sit institutus, omnino non *e* constat institutio.

13 Alienus *f* seruus heres institutus, si quidem in ea causa permanserit iussu domini debet hereditatem adire. Quòd si viuo testatore manumissus, aut alienatus a domino fuerit: aut suo arbitrio, aut iussu emptoris poterit adire hereditatem.

14 Sui *g* heredes instituendi sunt, vel exheredandi. Sui autẽ heredes sunt liberi quos in potestate habemus, tam naturales, quam adoptiui: item vxor quæ in *h* manu est, & nurus quæ in manu est filij, quem in potestate habemus.

15 Posthumi *i* quoque liberi, id est, qui in vtero sunt, si tales sunt, vt nati in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numero sunt.

16 Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus, neque nominatim exheredatus, non patitur valere testamentum. Reliquæ verò personæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, si præteritæ sint, valet testamentum.

17 Scriptis *k* heredibus adcrescunt, suis quidem heredibus in partem virilem, extraneis autem in partem dimidiam.

18 Posthumi, quoque liberi cuiuscumque *l* sexus omissi, quod valuit testamentum, agnatione rumpitur *m*.

19 Eos qui in vtero *n* sunt, si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere heredes: si *o* quidem post mortem nostram nascantur, ex iure ciuili *p*: si verò viuentibus nobis, ex lege Iulia *q*.

20 Filius qui in potestate est, si non instituatur, heres, nominatim exheredari debet: reliqui sui heredes vtriusque sexus aut nominatim, aut inter *r* cæteros.

21 Posthumus filius nominatim exheredandus est: filia posthuma, cæteræque posthumæ fœminæ vel nomi-

---

a l.24.in f.l.15.ff.qui testamenta. *b* v.Nouel.Leonis 47. *c* §.1.Instit.quib.non est permiss.l.5.ff.qui testamenta. *d* l.6.in f.l.7.ff.eod: paragr.3.Inst.quib.non est permiss. *e* d.l.6.d.l.7.l.16.ff.eod. *f* l.16.paragr.1.l.17.ff.eod. *g* paragr.2.Inst.quib.non est permiss.fac.v.tamen Nouel.Leonis 39. *h* l.18.ff.eod. *i* Mutus cur testari non possit. *k* Surdus testari non potest, & cur. *l* Cur furiosus testari non possit. *m* Quã ob causam prodigus testari nõ possit. *n* Formulas interdictionis vide apud Paulum 3.sent.4.paragr.7. *o* Latinus Iunianus testari non potest. v. Cod.de Latina libert. *p* Deditij testari nõ possunt tit.22.paragr.2.§. vltit. C.de dedit. libert. *q* Peregrinus testamenti factionem non habet, vt hic: nisi accepto vsu togæ l. 31.32. ff.de iure fisci. *r* Ciuis Cuia.hic. *s* id est, Secundum Cuiac. hic. Sic titulo 28§.eo. bonorum possessio aduersus tabulas, quæ iuxta tabulas ti. 24: eandem esse significationem verbi, *Aduersus* in lege 5.ff.de vsucap. idem Cuiacius ait, quo nomine reprehenditur à Roberto 2. recept. 32. *t* Populi Romani. Cuiacius ita hanc vocem emendauit. quod in omni seruo non est verum l. 19. ff. qui testamenta facere. v. Nouell. Leonis 38. vi. qua formula. *x* Olim ita ius fuit, hodie quibuscumque verbis institui potest l.15. C.de testamentis. *y* Cur ita? An quia lex sola hæredem instituit? An potius quod nonnullis hæc verba non videntur directa? Hodie solennitas omnis verborum sublata d.l.15. *z* l.52. ff.de hær. inst. *a* Peregrinus institui nõ potest, vt hic: sed nec instituere tit.20. paragr.14.§ eod. *b* v.d.paragr.14. *c* adde paragr.4. Instit. de hæred. qualitat. *d* v.tit.14.15.16.§.eod. *e* paragr.25.Instit.de legat: l.69.paragr.4 ff.de iure dot: Paul. 5.sent.6.paragr.13. *f* Plinius 5.epistolar. nec hæredem institui, nec præcipere rempublicam posse constat Cuiac.hic. *g* potest tamen eis legari v.l.122.ff.de legat.1: l.1.paragr.5.ff.ad l.Falcid. *h* ratio petita ex paragr.4.§.eod. *i* Cuiacius legit, pro hærede gerere. Nam aut cretione aut pro hærede, geritione hæredes sunt. *k* de quo v.l.1.ff.de libert.vniuers. *l* d.l.1. *m* l.26.ff.de negotiis: l.26.ff.ad Trebel. *n* Aproniano, quod factum est temporibus D.Marci d.l.26. *o* Deo tamen relinqui potuit l.5 paragr.12.ff.de donat.int.vir: l.1.paragr.5.ff.ad l.Falcid: Paul.4.sent.3. paragr.3: Quemadmodum & apud Christianos Christus instituitur potest l.26. C.de sacrosanctis ecclesiis. *p* ita dictus à Tarpeio monte. Tarpeius autem appellatus fuit à Tarpeia virgine Vestali ab Sabineis necata, ibique sepulta. antea Saturnius mons, & in eo oppidum Saturnium, vnde Saturnia terra. Postremò mons Capitolinus dictus quòd cum fundamenta foderentur ædis Iouis, caput humanum inuentum fuit Varro 4.de lingua. *q* Appollinis templum & oraculum quod Didymis fuit antiquum. Pausanias 7.in Achaicis eiusdem facit mentionem in 2. seu Corinthiacis. adde Strabonem 9. & 11. *r* Galli quondam Mercurium coluere maximè. post hunc, Apollinem & Martem & Iouem & Mineruam. Martem bella regere. Marti, cùm prælio dimicare constituissent, ea quæ bello cœpissent plerumque deuouebant: quæ superetant animalia capta immolabant, reliquas res in vnum locum conferebant v.Cæsar.6.de bello Gallico: De diis veterum Gallorum v.P. Pithœum c.1.aduer.3. *s* à Melio vrbe, non procul ab Euphrate: nisi malis hîc legere Melitensem. *t* de Gadibus & Hercule v. Strabonem 3. in fin. fuit & alius cognomento Gallus & Ogmius: de quo v.Lucianum in Hercule. *v* v.Act.19.vers.26.27. de templo Dianæ Euseb.36.Plin.14. *x* de qua dixi libro superiore. *y* Tertullianus 23.Apologet. Vnicuique, inquit, etiam prouinciæ & ciuitati suus Deus est, vt Syriæ Astartis, vt Arabiæ Diasares: vt Norico Tibilenus, vt Africæ Cælestus, vt Mauritaniæ reguli sui, & post, Crustuminiensium Deluentinus, Narniensium Viridianus, Asculanorum Ancaria, Volsiniensium Nutsia, Otriculanorum Valentia, Sutrinorum Norcia. Faliscorum Iuno Curilis & pater Curis. Sed nos soli arcemur à religionis proprietate. Hæc ille. Cui loco visum illud Arnobij 8. adiungere, Inde adeo per vniuersa imperia, prouincias, oppida videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere, & deos colere municipes, & Eleusinos Cererem, Phrygas Magnam matrẽ, Epidaurios Æsculapium, Caldæos Belum, Astartem Syros, Dianam Tauros, Gallos Mercurium, vniuersa Romanos. Porro quis fuerit Cælestus an deus, an dea ambigitur. Petrus Pithæus 1. aduers. 4. deam fuisse ait. Ammianus lib. 22. Asclepiades Philosophus cùm visendi gratia Iuliani ad id suburbanũ venisset, deę Cælestis argenteum breue figmentum quocumq. ibat secum solitus efferre, ante pedes statuit simulachri sublimes, accensisque cereis ex vsu, fecit. Philastrius Brixiensis in Catalogo hæres. Alia, inquit, hæresis in Iudæis quæ Reginam, quam & Fortunã cœli nuncupãt, quam & Cœlestem vocant in Africa. Tertullianus in Apologet. 23. Ista ipsa virgo Cœlestis, pluuiarum pollicitatrix. Saluianus, de gubernatione. Cælestis illa. Idem 8. de prouidentia. Apul. 4. Floridor. Carthago, Africæ Musa Cælestis, vt non iniusta ratione possis dicere legendum esse apud Tertullianum in libro de virginib. Cælestis Africæ, non Ceres. Ambros. 1. epist. ad Valent. *z* Hodie etiam sine libertate instituere possumus Instit. de hæred. instit: l.penul. C.de necessariis. *a* priore casu, socio adcrescit: posteriore, seruus communis est hæredis & socij l.63.paragr.9.ff.pro socio: l.49.ff.ad l.Falc. Paul.3.sent.6.paragr.4. *b* nisi intra dies cretionis ciuis Romanus fiat. *c* paragr.1.Inst.de hæred.inst. *d* hæc verba vel alienatus, desiderantur apud Iustinianum paragr.1.vers. Si verò a viuo testatore Inst.de hæred.instit. *e* hodie valet l.penult C.de necessariis. *f* d.paragr.1.vers.alienus quoq. *g* l.1.ff.de hæred.instit. Inst.de exhæredat.liberor. *h* Caius 3.Inst. apud Ruffinum tit.16. Vxor, inquit, quæ in manu eius est, Is sua hæres est: quia filiæ loco est. itẽ nurus quæ in filij manu est, nam & hæc neptis loco est. sed ita demum erit sua hæres, si filius cuius in manu erit, dum pater moritur, in potestate eius non sit. Idémque dicimus & de ea quæ in nepotis manu matrimonij causa sit, quia proneptis loco est. *i* Posthumi quoque, qui si viuo parente nati essent in potestate eius futuri forent, sui hæredes sunt Caius d. loco. *k* legendum est, sed scriptis eo sensu. Iure antiquo, filiarum nepotes, præteriti potuisse, sed nec testamentum ex causa præteritionis infirmasse, cùm illis consultum ita foret. Nam scriptis concurrebant: suis quidem, in virilem: extraneis, in dimidiam. & hoc est quod à Triboniano obscurè scriptũ est, Ius adcrescendi eis ad centam portionem præstitum Instit. de exhæred. liber. vers. sed nen ita. *l* vt in eo par sit masculorum & fœminarum conditio paragr.1.Inst.de exhær.liber. *m* rumpunt. *n* Posthumi, hæredes institui possunt l.4.l.5.l.24.l.27.l. 29.ff.de liber. & posthum. *o* Duæ posthumorum species. alij. n. post mortem testatoris nascuntur: alij post testamentum viuo testatore l.3.paragr.2.ff.de iniusto. *p* id est legibus XII. tabularum. quod ius antiquum à Scæuola dicitur in lege 29.paragr.7.ff.de liberis & posthumis: habita ratione ad legem Velleam. *q* Vellea sc.paragr.2.Inst.do exhæred.liberor.l.29 ff.de liberis. *r* Inst.de exhær.liber vers.sed non ita in f. Inter cæteros exhæredare, est ἀορίστως siue indefinitè exhæredare. fuit autẽ hæc formula, Cæteri exhæredes sunto. Theoph. Inst.de exh.liber.l.23 ff.de liberis. & opponitur inter cæteros exhæredatio, ei quę nominatim fit §.21§.e. Nominatim exhæredatio lõgè diuersa ab indefinita, & generali exhæredatione, de qua v.d.l.2.d.3.ff.de libe:

a paragr.1.in f.Instit.de exhær.liber. *b* hoc quid esset dixi *ad paragr.20.§.eodem.* *c paragr.1.in f.Instit.de exhær.liber.* *d* i.emancipationis *paragr.3.Inst.de exh.liber.* *e paragr.1.Inst.de hær.qualit.* *f paragr.2.vers.sed his Prætor Inst.de exhær.liber.* Sui beneficium abstentionis habent:extranei,separationis, Illi,ne sint hæredes. Hi ne res adquisitæ postea veneant. *g* id vt fiat *v.paragr.27.j.* *h v.paragr.6.j.eodem.* *i v.paragr.29.j.* *k v.l.20.ff. de adq.hær. paragr. 7.Instit.de hæred. qualit.*

b i.auctionem *v. l.1.in f.ff. de collat.bonor: l 43.ff. de usurpat. l.2.§. 8.ff.pro emptore.*

m Cretione hodie sublatæ sunt *l.17.C.de iure deliberandi.*

n Formula instituendi cum cretione.

o i. facito vt videat te heredē *Varro 5.de ling.*

p Cic.1. *de Orat.* vt in cretionib. scribi solet, *quibus sciam poteróque.*

q Cernere, est quasi decernere se hæredem esse velle *l. 13. paragr. pen. ff. de adq.hæred.* cuius rei facultas non est in pupillo *l. 9.ff.de adqu.hær.*

r Formula cernendi.Huius loci vestigia sunt apud Varronem *5. de lingua.* In cretione adhiberi iubet testes *& lib. 6.* Hæres eum constituit se hæredem esse, dicitur cernere: & cùm id fecerit,creuisse.Varroni respondet Cic.13. *ad Attic.* Cretionem fieri testibus præsentibus. Fiebat etiam verbis solennibus *vt hic: & l.51.in fin.ff.de adqu. hæred.* purè fit. est enim actus legitimus *l.77.ff.de reg.iur.* & semel *l. 80. in f.ff.de adq.hæred.* non per alium *l. 90.ff.de adq.hær.* Eius symbolum, digitorum percussio, dixi ad epigraphen tituli *de verbor. oblig.*

s dixi superiùs, sublatā cretionis scrupulositatem *l. 17. C. de iure deliberandi.*

t Legitima & veilis. de cuius effectu *v.paragr. 32.in fin.j.eod.*

v & hoc ideo quòd in institutione vulgari cretionis hæc verba adiungūtur, quibus scieris poterísque *paragr.27. & 31. §.eod. paragr.34. j.eod.*

x In continua cretione dies currunt ignorāti:in vulgari non currunt.

y l.1. ff.de vulgar.& pup. Paul. 3. sent.4. paragr. 27.

z formula hæredis scribendi.

a Imperfecta cretio,quoties non expressim exhæredatur,sed alius eius loco instituitur. *b* Formula perfectæ cretionis. *c* Formula imperfectæ cretionis. *d* Nota veterem differentiam cernendi & pro hærede gerendi. Qui cernebat,excludebat inferiorem:qui pro hærede gerebat,in partem admittebat substitutum.

e Qui pro herede gerit ex asse fit hæres. *f* 28.ff.3:*paragr.1.Inst.quib.mod.testam.* *g paragr.2.j.eod.* *h paragr.4.j.eod.* *i* Alio *l.1.ff.de iniusto:* seu posteriore testamento prius rumpitur *paragr.2.& 3.Inst.quib.mod.testam.paragr.2.Inst.d.tit.* *k* vide *paragr.3.j.eod.* *l* Quibus modis quis alteri adgnascatur *v.l.3.ff.de iniusto.* *m l.13. ff.de iniusto.* *n l.6.paragr.5.ff.de iniusto.* *o paragr.4.Inst.quib.mod.test.* *p d.§ 7.* *q* Fictione postliminij fingitur in ciuitate semper fuisse qui rediit. Fictione verò Cornelia fingitur quis captiuitatis suæ tempore decessisse. *r* si verò,ita legendum videtur.

s paragr. 6. Inst. quib.mod testam.

t l.12. ff.de iniusto.

v v.Inst. de pupillari substit.

x l.1.paragr.2.de ff.de vulgari: paragr.4. Instit. de pupillari.

y d. l. 1. paragr. vlt:paragr.5:Inst. de pupil.

z vers.quoquo enim modo & paragr.1.Inst.de militari:l.1.ff.de testamento milit.

a Iulij Cæsaris, Titi, Domitiani, Neruæ, Traiani *d.l.1.*

b paragr. 3. Inst. de militari.

c d.paragr.3.vers. & quod in castris in fi.l 21.ff.de testam.milit.

d v.2. Instit.20. Caius 2. tit. 5: 5. Harm 18.

e Imperatiua verba, directa Directa Hæredē facio, instituo *l. 15.C.de test ament.* Eadem ciuilia dicuntur *l.7. ff. de vulgari:* opponuntur precariis inflexis, & obliquis fideicōmissariis, quæ & πολεμικὰ de quibus *v. Paul. 4.sent.1.paragr.6.*

f paragr.1.Inst.de legat. 2. Caius 5. paragr.1

g paragr.3.j.eod.

h paragr.4.j.eod.

i paragr. 5.j.eod.

k paragr.6.j.eod.

l 2. Caius 5.paragr.2 : paragr.2. Instit. de legatis: Paul.3. sentent.6. paragr.3 & 7.

m 2. Caius 5 paragr.3 4.5.6 : paragr.2.Inst. de legat : Paul.3.sent. 6.paragr.3 & 10.

n 2.Caius 2. paragr.7: paragr.3. Inst.de leg: Paul. 3.sent 6 parag.11.

o 2. Caius 5 : paragr. 8. & 2.Inst. de legat. Paul. 3. sentent. paragr.6. hoc & prælegatum dicitur & præcipuum. Sidonius *6. epistol.* Illud autem deberi tibi quodam, vt Iurisconsulti dicunt, præcipui titulo.

p paragr.11.j.eod.

q & ita per vindicationem res aliena relinqui non potest *2. Caius 5. paragr.3.*

r i. alienæ *2. Caius 5. paragr.3.*

s Quod dari non potest, per damnationem relinqui nō potest.

t 2.Caius 5.paragr.7 vers. nam & propria.

v paragr.7.§.eod.

x id est, solennibus & conceptis.Cicero *pro Roscio Comœdo.* Non enim ex pactione verborum,quibus iusiurandum,comprehenditur. Arnobius *contra Gentes,* quam cum pactionibus adorant & formulis *v.Cuiac.hic.*

y nempe quia laxum & expeditum est.Sic optimum ius vsurarum *l.1.C.de vsuro.* optimum ius possessionis *l.26.paragr.1.ff.de pignorib.*

z Singulis partes debentur *Cuiac.*

natim,vel *a* inter cæteros *b*:dummodò inter cæteros exheredatis aliquid legetur.

22 Nepotes & pronepotes, cæterique masculi posthumi præter filium,vel nominatim,vel inter cæteros cū adiectione legati sunt exheredādi:sed tutius *c* est tamen nominatim eos exheredari:& id obseruatur magis.

23 Mancipatos *d* liberos cum iure ciuili neque heredes instituere,neque exheredare necesse sit, tamen præter iubet,si non instituantur heredes,exheredari masculos omnes nominatim,fœminas vel inter cæteros : alioqui cōtra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.

24 Inter necessarios heredes,id est, seruos *e* cum libertate heredes scriptos, & suos scilicet necessarios, id est,liberos qui in potestate sunt,iure ciuili nihil interest (nam vtrique etiam inuiti heredes sunt)sed iure prætorio suis & necessariis heredibus abstinere se à parentis hereditate permittitur *f*: necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non datur.

25 Extraneus heres,si quidem cum cretione *g* sit heres institutus,cernendo fit heres:si verò sine *h* cretione, pro herede *i* gerendo.

26 Pro *k* herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam dominus vtitur : velut qui actionem *l* rerum hereditariarum facit : aut seruis hereditariis cibaria mandat.

27 Cretio *m* est certorum dierum spacium,quod datur instituto heredi ad deliberandum:vtrùm expediat ei ad re hereditatem,necne,velut *n*, *Titius heres esto cernitóque o in diebus centum proximis,quibus scieris p, poterisque:nisi ita creueris,exheres esto.*

28 Cernere est *q* verba cretionis dicere, ad hunc modum *r*, *Cùm me Mæuius heredem instituerit,eam hereditatem adeo cernóque.*

29 Sine cretione heres institutus,si constituerit,nolle se heredē esse,statim excluditur ab hereditate, & amplius eam adire non potest.

30 Cum cretione verò heres institutus,sicut cernendo fit heres,ita nō *s* aliter excluditur,quàm si intra diem cretionis non creuerit:ideóque etiam si constituerit nolle se heredem esse, tamen si supersint dies cretionis, pœnitentia actus,cernendo heres fieri potest.

31 Cretio autem vulgaris dicitur,aut continua.Vulgaris *t*,in qua adiiciuntur hæc verba, *Quibus scieris,poterisque.* Continua *v*,in qua non adiiciuntur.

32 Ei qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur quibus scit se heredem institutum esse, & potuit cernere. Ei verò qui cōtinuam habet cretionem, etiam illi dies computantur quibus *x* ignorauit se heredem institutum,aut sciuit,sed non potuit cernere.

33 Heredes aut *y* instituti dicuntur, aut substituti: instituti,qui primo gradu scripti sunt : substituti,qui secundo gradu,vel sequentibus.

34 Heredes scripti sunt,veluti *z*: *Titius heres esto,cernitóque in diebus proximis centum quibus scieris,poterisque. Nisi ita creueris, exheres esto : tunc Mæuius heres esto, cernitóque in diebus, & reliqua.* Similiter & deinceps substituti potest.

35 Si sub imperfectam *a* cretionem heres institutus sit,id est, non adiectis his verbis *b*, *Si non creueris exheres esto*:sed si ita *c*,*si non creueris,tunc Mæuius heres esto*:cernendo quidem,superior inferiorem excludit : non cernendo autem *d*,sed pro herede gerēdo,in partem admittit substitutum. Sed postea Diuus Marcus constituit,vt & pro herede gerendo,ex *e* asse fiat heres. Quòd si neque creuerit, neque pro herede gesserit,ipse excluditur, & substitutus ex asse fit heres.

QVEMADMODVM TESTAMENTA RVMPVNTVR *f*,

TIT. XXIII.

TESTAMENTVM iure factum infirmatur duobus modis,si ruptum *g* aut irritum *h* factū sit.

2 Rumpitur testamentum mutatione, id est,si postea aliud *i* testamentum iure factum sit : item agnatione *k*, id est, si suus heres agnascatur, qui neque heres institutus, neque vt oportet,exheredatus sit.

3 Adnascitur suus hæres,aut *l* agnascendo,aut adoptando,aut in manum conueniendo,aut in *m* locum sui heredis succedendo:velut nepos mortuo filio,vel emancipato:aut manumissione, id est,si filius ex prima secundáve mancipatione manumissus, reuersus sit in patris potestatem.

4 Irritum *n* fit testamentum, si testator capite diminutus *o* fuerit aut si iure facto testamento nemo extiterit heres.

5 Si is qui testamentum fecit, ab *p* hostibus captus sit,testamentum eius valet : si quidem *q* reuersus fuerit, iure postliminij,si non *r* ibi decesserit, ex lege Corneliana,quæ perinde successionem eius confirmat,atque si in ciuitate decessisset.

6 Si *s* septem signis testium signatum *t* testamentum,licet iure ciuili ruptum vel irritum factum sit,Prætor scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possessionem dat, si testator & ciuis Romanus, & suæ potestatis cùm moreretur fuit, quæ bonorum possessio cum re, id est,cum effectu habetur,si nemo alius iure heres sit.

7 Liberis *v* impuberibus in potestate manentibus tam natis quàm posthumis, heredes substituere parētes possunt duplici modo : id est, aut eo quo extraneis, vt si heredes non extiterint liberi, substitutus heres fiat : aut proprio iure,id est,si post mortem parentis heredes facti intra pubertatem decesserint,substitutus heres fiat.

8 Etiam exheredatis *x* filiis substituere parentibus licet.

9 Non aliter impuberi filio substituere quis heredem potest, quàm *y* si sibi quis heredem instituerit, vel ipsum filium,vel quemlibet alium.

10 Milites quomodocunque *z* fecerint testamenta, valent,id est,etiam sine legitima obseruatione. Nā principalibus *a* constitutionibus permissum est illis,quomodocunque vellent,quomodocunque possent, testari. Idque testamentum quod miles contra iuris regulam fecit,ita demū valet,si vel in *b* castris mortuus sit,vel post missionem intra *c* annum.

DE LEGATIS *d*.

TIT. XXIIIII.

LEGATVM est,quod legis modo, id est, imperatiue *e*, testamento relinquitur.Nam ea quę precatiuo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur.

2 Legamus autem quatuor *f* modis, per vindicationem *g*, per damnationem *h*, sinendi modo *i*, per præceptionem *k*.

3 Per vindicationem *l* his verbis legamus, *Do, lego, capito, sumito, sine habeto.*

4 Per damnationem *m* his verbis : *Heres meus damnas esto dare,dato,facito,hæredem meum dare iubeo.*

5 Sinendi *n* modo ita,*Heres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem,sibique habere.*

6 Per præceptionem *o* sic, *Lucius Titius illam rem præcipito.*

7 Per vindicationem legari possunt res quæ vtroque *p* tempore ex iure Quiritium testatoris fuerunt *q*, mortis, & quando testamentum faciebat : præterquam si pondere,mensura, numero contineantur : in his enim satis est, si vel mortis duntaxat tempore fuerint ex iure Quiritium.

8 Per damnationē omnes res legari possunt,etiam *r* quæ non sunt testatoris, dummodo tales sint, quæ dari possint.

9 Liber homo,aut res populi, aut sacra, aut religiosa, nec per damnationem legari potest : quoniam *s* dari non potest.

10 Sinendi modo legari possunt res propriæ testatoris *t* & heredis eius.

11 Per præceptionem legari possunt res quæ etiam per vindicationem. Si ea res quæ nō fuit vtroque *v* tempore testatoris ex iure Quiritium, per vindicationem legata sit,licet iure ciuili non valeat legatum, tamen senatusconsulto Neroniano firmatur : quo cautum est, vt quod minus pactis *x* verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatum esset.Optimum *y* autem ius legati per damnationem est.

12 Si duobus eadem res per vindicationem legata sit:siquidem disiunctim,singulis in solidum *z* debentur:si

verò

a 2.Gaius 5.paragr.5. *b* 2.Gaius 5.paragr.6. *c* Hoc innuit in legato per vindicationem disiunctim facto singulis partes deberi: in damnationis legato, singulis solidum deberi *v.Paul.3.sent.6.paragr.3.in fin.* *d* id est non data optione. *e* Titio, *Cuiacius ita emendat.* *f* homine. At si ita hæres meus damnas esto hominem dare, hæredis electio est *Cuiac hic.* *g* Homine per damnationem legato, electio est hæredis *l.45. paragr.1. ff. de legat.1:* per vindicationem, legatarij *l.37. in pr. ff. de legat.1.* Similiter in legatis disiunctiuis electio est legatarij, si per vindicationem *l.94.paragr.1.ff. de legat.1: l.23.ff. de legat.2.* hæredis, si per damnationem *l.43. in f. ff. de leg.2.*

verò coniunctim, velut *Titio & Seio, hominem Stichum do, lego*, iure ciuili concursu partes fiebant. non concurrente altero pars eius alteri adcrescebat. Sed post legem Papiam Popeam, non capientis pars caduca fit.

13 Si per damnationem eadem res duobus legata sit, siquidem coniunctim *a*, singulis partes debentur, & non capientis pars iure ciuili in hereditatem remanebat, nunc autem caduca fit: quòd si disiunctim *b*, singulis in solidum *c* debetur.

14 Optione autem legati, per vindicationem data, legatarij electio est, veluti, *Hominem optato, eligito.* Idémque est, & si tacitè *d* legauerim. *Titium e hominem f aut decem heres meus dato*: hominem dare heredis *g* electio est.

15 Ante heredis institutionem legari non *h* potest: quoniam & potestas testamenti ab heredis institutione *i* incipit.

16 Post mortem heredis legari non potest *k*, ne ab heredis herede legari videatur: quod iuris ciuilis ratio non patitur. In mortis autem heredis *l* tempus legari potest: velut *cùm heres moriatur m.*

17 Pœnæ *n* caussa legari *o* non potest. *p* Pœnæ autem caussa legatur: quod coercendi *q* heredis caussa relinquitur, vt faciat quidem aut non faciat, nõ vt legatum pertineat: vtputa hoc modo, *Si r filiam tuam in matrimonio Titio conlocaueris, decem millia Seio dato.*

18 Incertæ *s* personæ legari *t* non *v* potest: veluti, *Quicunque filio meo filiam suam in matrimonio conlocauerit, ei homini tot millia dato.* Sub *x* certa tamen demonstratione incertæ *y* legari potest, velut, *Ex cognatis meis qui nunc sunt, qui primò ad funus meum venerit, ei heres meus illud dato.*

19 Neque ex falsa demonstratione *z*, neque ex falsa caussa *a* legatum infirmatur. Falsa demonstratio *b* est, velut, *Titio fundum, quem à Titio emi, do, lego*, cùm fundus à Titio emptus non sit. Falsa causa *c* est, velut, *Titio, quoniam negotia mea curauit, fundum do, lego*, vt *d* negotia eius nunquam Titius curasset.

20 A *e* legatario legari non *f* potest.

21 Legatum ei *g* tantùm dari potest, qui *h* extraneus est. Ideóque filio familiæ heredi instituto, vel seruo, neq. à patre, neque à domino legari potest.

22 Heredi a *i* semetipso legari non potest.

23 Ei qui in potestate *k*, manu *l*, mancipióve *m* est scripti heredis, sub conditione legari potest: sed requiritur, vt quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

24 Ei cuius in potestate, manu, mancipióve est heres scriptus, legari non *n* potest.

25 Sicut singulæ *o* res legari possunt, ita vniuersarum quoque summa legari potest: vtputa, *Mæuius heres meus cum Titio hereditatem meam partito p diuidito*: quo casu dimidia pars bonorum legata videtur. Potest autem & alia pars, velut tertia vel quarta legari: quę species Partitio *q* appellatur.

26 Vsusfructus *r* iure ciuili legari potest earum rerum, quarum salua *s* substantia vtendi fruendi potest esse facultas, & tam singularum rerum, quam plurium, id est, parcis *t*.

27 Senatusconsulto *v* cautum est, vt etiamsi earum rerum, quæ in abusu continentur, vt puta vini, olei, tritici, vsusfructus legatus sit, legatario res tradantur cautionibus *x* interpositis, de restituendis eis, cùm vsusfructus ad legatarium pertinere desierit.

28 Ciuitatibus *y* omnibus, quæ sub imperio Prætoriani *z* sunt, legari *a* potest: idque à Diuo Nerua introductum, postea a Senatu, autore Adriano *b*, diligentiùs constitutum est.

29 Legatum quod datum est, adimi *c* potest, vel eodem testamento, vel codicillis *d* testamento confirmatis: dum tamen eodem *e* modo adimatur, quo modo datum est.

30 Ad heredem legatarij legata non aliter transeunt, nisi *f* si iam die legatorum cedente, legatarius decesserit.

31 Legatorum *g* quæ purè vel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem iure, ex mortis testatoris tempore: per legem autem Papiam Popeam, ex aperdubiis. Non malè tamen videtur legendum pòst. Senatusconsulto Paulus *libro singulari de senatusconsultis* scribit in *l.26.ff. ad Trebel. legator. ff. de adimen. legat.* *d* *Inst. de ademp. legat. in pr: l. pen. paragr.1. ff. de adimend.* *e* Nihil hodie interest, an contrariis verbis, an quibuscunque fiat *Inst. d. loco.* *f* *v. tit. ff. quando dies legator.* *g* Legari conditionalis, post euentum conditionis: puri vel in diem antiquo iure, à morte testatoris: ex lege Papia, ab aperris tabulis dies cedit. Hodie ius vetus sequimur ex regula Catoniana, quæ ad nouas leges, id est, Iuliam & Papiam non pertinet *l. vlt. ff. de regul. Catoniana.*

tis *h* tabulis testamenti: eorum verò quæ sub conditione relicta sunt, cùm conditio extiterit.

32 Lex Falcidia iubet, non plus quàm dodrantem *i* totius patrimonij legari, vt omni modo quadrans *k* integer apud heredem remaneat.

33 Legatorum perperam solutorũ repetitio non *l* est.

DE FIDEICOMMISSIS *m.*

TIT. XXV.

FIDEICOMMISSVM est, quod non ciuilibus *n* verbis, sed precatiuè relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.

2 Verba fideicommissorum in vsu ferè sunt hæc *o*, *Fideicommitto, peto, volo dari*, & similia.

3 Etiam nutu *p* relinquere fideicommissum in vsu receptum est.

4 Fideicommissum relinquere possunt, qui *q* testamentum facere possunt, licet non fecerint. Nam intestatus *r* quis moriturus, fideicommissum relinquere potest.

5 Res per fideicommissum relinqui possunt, quæ *s* etiam per damnationem legari possunt.

6 Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest.

7 Latini Iuniani *t* fideicommissum capere possunt, licèt legatum capere non possint.

8 Fideicommissum & ante *v* heredis institutionem, & post *x* mortem heredis, & codicillis, etiam *y* non confirmatis testamento, dari potest, licet legari non possit.

9 Item Græcè *z* fideicommissum scriptum valet, licèt legatum Græcè scriptum non valeat.

10 Filio qui in potestate est, seruóve heredibus institutis, seu si his legatum sit, patris vel domini fideicommitti potest, quamuis *a* ab eo legari non *b* possit.

11 Qui testamẽto heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis, rogari potest, vel vt hereditatem totam, vel ex parte alij restituat, quamuis *c* ex directo heres institui ne quidem confirmatis codicillis possit.

12 Fideicommissa non per formulam *d* petuntur, vt legata: sed cognitio est Romæ quidem Consulum, aut Prætoris, qui fideicommissarius *e* vocatur: in prouinciis verò, Præsidum *f* prouinciarum.

13 Pœnæ *g* caussa certæ vel incertæ *h* personæ ne quidem fideicommissa dari possunt.

14 Is qui rogatus est alij restituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus (puta) quàm dodrantem, restituere rogatus est, ex Trebelliano *i* senatusconsulto restituit, vt ei & in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. Lege autem Falcidia interueniente, quoniam plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, lex Pegasiano senatuscõsulto restituit, vel *k* deducta parte quarta, ipse qui scriptus est heres, hereditatem restituat, & in ipsum actiones conseruentur, is autem qui recipit hereditatem, legatarij loco habeatur.

15 Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda & incommoda hæreditatis communicantur *l*. Inter heredem, & eum cui reliquæ partes restitutæ sunt interpositis stipulationibus ad exemplum partis *m* & pro parte stipulationum. Partis *n* autem & pro parte stipulationes propriè dicuntur, quæ de lucro & damno communicando solent interponi inter heredem & legatarium partiarium, i. cum quo partitus est heres.

16 Si heres damnosam *o* hereditatem dicat, cogetur à Prætore adire & restituere totam, ita vt ei & in eum qui recipit hereditatem actiones dentur, perinde atque si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset: idque vt ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum *p* est.

17 Si quis in fraudem tacitam *q* fidem accommodauerit, vt non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere Senatus *r* censuit: nec caducum vindicare ex eo testamento, si *s* liberos habeat.

18 Libertas *t* dari potest per fideicommissum.

a Aproniano, vt & *c* *v. Inst. de adem.* *d* *Inst. de adem. legat. in pr: l. pen. paragr.1. ff. de adimend.* *e* Nihil hodie interest, an contrariis verbis, an quibuscunque fiat *Inst. d. loco.* *f* *v. tit. ff. quando dies legator.* *g* Legari conditionalis, post euentum conditionis: puri vel in diem antiquo iure, à morte testatoris: ex lege Papia, ab aperris tabulis dies cedit. Hodie ius vetus sequimur ex regula Catoniana, quæ ad nouas leges, id est, Iuliam & Papiam non pertinet *l. vlt. ff. de regul. Catoniana.* *h* *l.42. ff. de hæred. instit: l.31. l. 104. ff. de condit. & demonst: l. vlt. ff. de mortis causa.* *i* *v. l.1 ff. ad l. Falcid.* *k* *d. l.1.* *l* Imò est *l.2. l. 3. ff. de condit. indebiti*: aut hæc negatio abundat, aut hic agitur de legato damnationis §. *vlt. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract.* aut certis personis soluto *paragr.25. in f. Instit. de legat.* *m* *6. C. 42: 2. Caius 7: & Paul. 4. sen. 1: adde 2. Inst. 24. de singul. reb.* *n* *l.7. in prin. ff. de vulgari.* *o* *adde Paul. 4. sent. 1. paragr. 6. & vlt. Inst. de singulis reb.* *p* *l.21. ff. de legat. 3: l.22. C. de fideicom.* Natu quæ fieri possunt, dixi ad legem 52. *in f. ff. de obligat.* *q* Qui testari potest, fideicommittere potest, *dixi ad l.2. ff. de legat.1.* *r* *Paul. 4. sent. 1. paragr. 4. dixi d. paragr. 10. Instit: de fideicomm. hæred.* *s* *24. paragr. 8. 9. §. eod.* *t* *de quibus v. tit. 3. §. eod.* *v* quod olim nõ fuit in legato *ti. 24. paragr. 15. §. e.* *x* quod olim non fuit in legatis *tit. 24. paragr. 8. §. eod.* *y* *2. Gaius 7. paragr. 9: Paul. 4. sent. 1. paragr. 10.* *z* *dixi ad l.11. ff. de legat.3.* *a* & in eo differt fideicommissum à legato. *b* *tit. 24. paragr. 24.* *c* Codicillis etiam confirmatis heres institui non potest: quamuis iisdem confirmatis restituendi iussio comprehendi vtiliter possit. *d* id est, actionem *v. tit. 19. §.*

a *l.18. l.34. paragr. 11. l.116. parag. 1. ff. de legat.1: l. 34. paragr.1. in f. ff. de legat.2.* *k* vt filius familias *v. tit. 5. & 10. §. eod.* *l* vt vxor *v. tit. 9. §. eod.* *m* vt seruus, *v. paragr. 24. Inst. de legat.* *n* *tit. 25. paragr. 12. §. eod.* aut id mutatum est *l.25. ff. de legat.1.* aut expungenda negatio. *o* *v. Inst. de singul. reb. per fideicom. relictis.* *p* partito, diuidito. *q* de partitione dixi *ad l.164. paragr.1. ff. de verb. signif.* *r* *v. ff. de vsu & vsufr. legato: paragr.1. Inst. de vsufr: l.3. ff. de vsufructu.* *s* hoc enim vsusfructus definitione continetur *Inst. de vsufructu: l.1. ff. de vsufructu.* *t* *l.43. ff. de vsufructu & quemad.* *v* *v. d. l.1. ff. de vsu & vsufructu leg.* *x* *d. l.1. in fin.* *y* *dixi l.122. ff. de legat.1.* *z* Populi Romani *vt in l.26. ff. ad Treb.* *a* An heredib. relinqui? *v. tit. 22. paragr. 5. §. eod.* *b* quidam emendant Marco, ex lege 20. ff. *de reb.*

16. §. e. *e* de prætore fideicommissario, *adde l.2. §. 32. ff. de orig. iur: l.78. §. 6. ff. de leg. 3: l.92. ff. de cond. & dem: l.4. in f. ff. qui ad liberr: l.2. C. qui potior.* *f* *v. l.5. in f. C. de rebus cred.* *g* In eo fideicõmissa olim etiam non differebant *t 24. §. 17. §. e.* *h* In eo quoq. olim conueniebant fideicommissa & legata *tit. 24. §. 18. §. e.* *i* *v. Inst. de fideic. her. & ad Sc. Treb.* *k* legendũ est, *vt.* *l* cõmunicantur, inter, &c. *m* *§. 6. Inst. de fideic. her.* *n* Stipulationes partis & pro parte *quid.* *o* vel suspectã *d. §. 6. vers. sed si recusatus scriptus heres.* *p* *d. vers. sed si.* *q* *de quâ dixi ad l.103. ff. de leg.1.* *r* Senatusconsultũ Plancianũ intelligit, *de qua v. l.59. in f. ff. ad l. Falc.* *s* Si ex liberis existat. ita legendum est. idque satis indicat titulus 18. *eod.* *t* *v. §. 2. Inst. de singul. reb. per fideicommiss.*

DE LEGITIMIS HEREDIBVS *a*.

TIT. XXVI.

INTESTATORVM ingenuorum hereditates pertinent, primùm *b* ad suos heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, cæterósque qui in liberorum loco sunt. Si sui heredes nõ sunt, ad consanguineos, id est, fratres & sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos adgnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, eiusdem familiæ: id enim cautum est lege XII. Tabularum: *Ac si intestatus c moritur, cui suus d extabit e heres, nec adgnatus proximus familiam f habeto.*

2 Si defunctus *g* sit filius ex *h* altero filio mortuo, iam nepos vnus, vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet: non vt in capita diuidatur, sed vt *i* in stirpes, id est, vt filius solus mediam partem habeat, & nepotes quotquot sunt alteram dimidiam, Aequum est enim nepotes patris sui loco succedere, & eam partem habere, quam pater eorum si viueret, habiturus esset.

3 Quandiu suus heres speratur *k* heres fieri posse, tandiu *l* locus agnatis non est: velut si vxor defuncti prægnans sit, aut filius apud hostes sit.

4 Adgnatorum hæreditates diuiduntur in *m* capita, veluti si sit fratris filius, & alterius fratris duo *n* pluresve liberi: quotquot sunt ab vtraque parte personæ, tot fiunt portiones, vt singuli singulas capiant.

5 Si plures eodem gradu sunt agnati, & quidam eorum hereditatẽ ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint decesserint: eorum pars adcrescit *o* his qui adierint. Quòd si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur: quoniam in legitimis *p* hereditatibus successio non *q* est.

6 Ad fœminas vltra *r* consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororive legitima heres sit.

7 Ad liberos matris intestatæ hæreditas ex lege XII *s*. Tabularum non *t* pertinebat: quia fœminę suos hæredes non habent. Sed postea Imperatorũ Antonini *v* & Commodi oratione in Senatu recitata, id actum est, vt siue in manu *x* conuentione, matrum legitimæ hæreditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, & reliquis adgnatis.

8 Intestati filij hæreditas ad matrem ex lege duodecim *y* Tabularum non *z* pertinet: sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres sit ex Senatusconsulto Tertulliano *a* si *b* tamen ei filio neque suus heres sit, quive *c* inter suos heredes ad bonorum possessionem a Prætore vocatur: neque pater ad quem lege hereditas, bonorúmve possessio cũ re pertinet, neque frater consanguineus. Quod si soror consanguinea sit, ad vtrasque *d* pertinere iubetur hereditas.

a i. De hereditate ab intestato 3. *Inst.* 1.
b *paragr.* 1. *Inst. de hereditatib. ab intestato: dixi ad leges xij. Tabularum lib.* 2.
c *l.* 9. *paragr.* 2. *ff. de liber. & posth.*
d *l.* 7. *ff. de bonor. damnatorum.*
e nec extabit heres adgnatus &c. *ita legi oportet.*
f *l.* 195. *in fine. ff. de verb. signific.*
g legendum est, *defuncti.*
h *& ex altero,* ita legi oportet.
i *paragr. vlt. in f. Instit. de hered. ab intest. dixi ad leges xij. tabul. lib.* 2.
k *lege* 3. *ff. si pars hereditatis: lege* 30. *paragr.* 1. *ff. de adquir. hered. l.* 5. *in f. ff. vnde legitimi.*
l Ventet, seu posthumus agnatos defuncti excludit, *l.* 26. *ff. de statu.*
m *dixi ad Nouel.* 118. *c* 3. *inf.*
n *d. c.* 3. *adde* §. 4. *Instit. de legit. adgnat. Caius* 8. *c.* 3.
o §. *vlt. Instit. de Senatusconsulto Orphitiano. dixi ad l.* 9. *ff. de suis: adde Paulum* 4. *sent.* 8. *paragr. vlt.*
p secus in hereditariis *l.* 2. *C. de successorio edicto.*
q Iure Iustiniani hodie in suis successio est §. 7. *Inst. de legit. adgnat. success.* nam & in legitimis tutorib. est successio *l.* 3. *paragr.* 9. *ff. de legit. tut.*
r idque iure ciuili & lege Voconia institutũ *Paul.* 4. *sent.* 8. *paragr.* 3. De lege Voconia *v. Cuiac. ad tit. Inst. de lege Falcid.*
s *dixi in notis ad leges xij. Tabul. lib.* 2.
t *Instit. de Senatusconsulto Tertu. & in pr. de Senatusconsulto Orphitiano.*
v *adde l.* 9. *ff. ad Tertul.*
x *v. tit.* 9. §. *eod.*
y *dixi ad leges xij. Tabul.*
z *Instit. de Senatusconsulto Tert. in pr.*
a *v. paragr.* 2. *Inst. de Senatusc. Tertul.*
b Quando mater succedat filio.
c *vt emancipatus.*
d *v. l.* 2. *C. Theod. de secund. nupt.*
e *paragr.* 3. *Inst.* 27.
f *Instit. de success. libert. in pr.*
g *l.* 23. *paragr.* 1. *ff. de bon. libert. in pr.*
h *dixi ad l.* 23. *in f. ff. de bon. libert.*
i 3. *Inst.* 10: 37. *ff.* 1.
k *v. paragr.* 2. *i. eo.*

DE LIBERTORVM *e* SVCCESSIONIBVS VEL BONIS.

TIT. XXVII.

LIBERTORVM intestatorũ hereditas primùm ad suos *f* heredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti sunt, velut patronum, patronam, liberósve patroni.

2 Si sit patronus, & alterius patroni filius, ad solum patronum hereditas pertinet.

3 Item patroni filius patroni nepotibus *g* obstat.

4 Ad liberos patronorum, hereditas defuncti pertinet, vt in capita *h*, non in stirpes diuidatur.

5 Legitimæ hereditatis ius, quod ex lege duodecim Tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

DE POSSESSIONIBVS *i* DANDIS.

TIT. XXVIII.

BONORVM possessio datur aut contra *k* tabulas testamenti, aut aduersus *l* tabulas intestati.

2 Contra *m* tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis *n*, testamento præteritis *o*, licet legitima ad eos non pertineat hereditas.

3 Bonorum possessio contra tabulas liberis tam *p* naturalibus, quam adoptiuis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen & illis, qui in adoptiua familia sunt. Adoptiuis autem, his tantùm, qui in potestate manserunt.

4 Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cauere *q* patribus *r* suis qui in potestate manserunt, bona, quæ moriente patre habuerunt, se collaturo.

5 Secundum *s* tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolint.

6 Etiam si iure ciuili non valeat testamentum, forte quod familię mancipatio vel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit, non *t* minùs quam septem testium ciuium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

7 Intestati datur bonorum possessio per septem gradus. Primo gradu liberis: Secundo legitimis heredibus: Tertio *v* proximis cognatis: Quarto familiæ *x*: Quinto patrono, patronę, liberisve patroni, patronæve: Sexto viro, vxori: Septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. Si nemo sit ad quem bonorum possessio pertinere possit: aut si quidem, sed ius suum omiserit: popũlo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria *y*.

8 Liberis *z* bonorum possessio datur, tam his qui in potestatem vsque in mortis tẽpus fuerunt, quàm emancipatis: item adoptiuis, non tamen etiam in adoptionem datis.

9 Proximi cognati *a* bonorum possessionem accipiunt, non solùm per fœminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite deminuti. Nam licet legitimum ius agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

10 Bonorum possessio datur parentibus & liberis intra *b* annum, ex quo petere potuerunt: cæteris intra centum *c* dies.

11 Qui omnes intra id tempus si *d* non petierint, ad bonorum possessionem sequens gradus admittitur: perinde ac si superiores non essent. idque per septem gradus fit.

12 Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem nõ sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio Prætoris. Ideóque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est: in quibus heredes esse finguntur.

13 Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cùm re *e*, si is qui accepit, cum effectu bona retineat: sine re, quum alius iure ciuili euincere hereditatem possit: veluti si suus heres intestatò sit *f*. Bonorum possessio sine re est, quum suus heres euincere hereditatem iure legitimo possit.

l *paragr.* 5. *i. eo.* id est, secũdum.
v. 20. *paragr.* 14. §. *eod.*
m *paragr.* 3. *Inst. de bonor. possess. &* 37. *ff.* 4. *&* 6. *C.* 12.
n Imò & suis, siue sint naturales, siue legitimi, siue posthumi. *paragr.* 3. *i.*
o *d. paragr.* 3.
p *l.* 1. *ff. de bonor. poss. contra tabul.*
q *l.* 1. *paragr.* 9. *ff. de collat.*
r fratribus.
s *v. tit. C. de bonor. posses. secund. tabulas* 6. *C.* 11. *ff. si tabulæ testamenti extabunt: adde paragr.* 3. *vers. secunda Inst. de bonor. possess. &* 6. *C.* 12. *de bonor. possess. secundum tabulas.*
t *tit.* 23. *paragr.* 6. §. *eod: l.* 2. *C. de bonor. posses. secund. tabul.*
v Tertio, decẽ personis quas extraneo manumissori præferebat *v. parag.* 3. *Instit. de bonor. possess.* sed hæc successio hîc omittitur.
x *tanquam ex familia: d. paragr.* 3. vel vt ibidem legit Cuiacius, *tum quem ex familia.*
y de qua in *l.* 96. *paragr.* 1. *ff. de legat.* 1: *l.* 4. *paragr.* 17. *ff. de fideicom. libertat.*
z *v. tit. ff. vnde liberi.*
a *v. tit.* 11. *eodem cognati.*
b *paragr.* 4. *Inst. de bonor. poss: l.* 1. *paragr.* 12. *ff. de successor. edicto: l.* 2. *C. qui admitti ad bonor.*
c *l.* 3. *ff. vnde cognati: l.* 1. *paragr.* 11. *ff. de successor. edicto.*
d *paragr.* 5. *Instit. de bonor. possess.*
e *alias dixi de ea re.*
f sit, bonorum &c.
g *v.* 3. *Inst.* 8.
h in Latino secus. *paragr.* 4. *Instit. de success. libertor.*
i & aut nihil &c.
k nam licet.
l nec obstat.
m naturales.
n oneratæ *paragr.* 3. *Instit. de Senatusconsulto Tertul.* Theophilus dicit κεκοσμημένοις.
o patronæ.

DE BONIS *g* LIBERTORVM.

TIT. XXIX.

SIVIS *h* Romani liberti hereditatem lex duodecim Tabularum patrono defert, si intestatò sine suo herede libertus decesserit. Ideóque siue testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestatò, & suus heres ei sit, quanuis non naturalis, sed vxor puta quæ in manu fuit, vel adoptiuus filius: lex patrono nihil præstat. Sed ex edicto Prætoris si testamento facto libertus moriatur, aut *i* vt nihil, aut minus quàm partem dimidiam bonorum patrono relinquat: contra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, siue intestato decedat, & vxorem fortè in manum vel adoptiuum filium relinquat, æque partis mediæ bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

2 In bonis libertæ patrono nihil iuris ex edicto datur. Itaque si intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet.

3 Licet *k* liberi sint libertę, quoniam non sunt sui heredes matri, obstat *l* patrono lex Papia Popea. Posteà libertas quatuor liberorum iure tutela patronorum liberauit, & cùm intulerit, iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit vt pro numero liberorum libertæ superstitum virilis pars patrono debetur.

4 Liberi patroni virilis sexus, eadem iura in bonis libertorum parentum suorum habent, quæ & ipse patronus. Fœminę verò, ex lege quidem XII. Tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi.

5 Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturalis *m* bonorum possessio eis non competit. Sed si ius trium liberorum habuerunt, etiam hæc iura ex lege Papia Popea nanciscuntur.

6 Patronæ ex bonis libertorum illud ius tantùm habent, quod lex XII. Tabularum introduxit. Sed postea lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ *n* libertinæ tribus, id iuris dedit quod patronus habet ex edicto.

7 Item liberis ingenuæ trium liberorum iure honoratæ eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono *o* tribuit.

FINIS.

CAII

CAII INSTITVTIONVM,

LIBRI II.

CVIACIVS *in præfatione ad Codicem Theodosianum* censet, Epitomen hanc Institutionum esse Caij ab Aniano Alarici Consiliario confectam, quantum, quoque modo sui temporis vsus exigere videbatur: nec verò omnem propterea Caio dignitatem & elegantiam deperiisse: restare inter lateres Aniani malè coctos adhuc lapillos quosdam, si quis non pigretur internoscere, è quibus veluti è culmo fruges, & luculentiùs si reliquias eas adiunxerit, quæ Pandectis insperſæ sunt, quæque Iustiniani Institutionibus leguntur, quanti momenti, ponderis artificij Caij Institutiones fuerint, æstimare possit.

CAII INSTITVTIONVM

LIBER PRIMVS.

DE LIBERTATIBVS SERVORVM.

TIT. I.

CAII Institutionum liber primus dicit omnes *a* homines aut liberos esse aut seruos. Sed ex ipsis qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos. Ingenuos *b*, qui ingenui nati sunt: Libertinos qui pro *c* iusta *d* seruitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus status est. Libertorum verò ideò non vnus est, quia tria *e* sunt genera libertorum: quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut Dedititij. Tamen qui ciues Romani sint, qui Latini, qui Dedititij, breuiter explanandum est.

2 Ciues Romani sunt, qui his tribus modis, id est, testamento *f*, aut in Ecclesia *g*, aut ante *h* Consulem fuerint manumissi.

3 Latini *i* sunt, qui aut per epistolam *k*, aut inter amicos *l*, aut conuiuij *m* adhibitione manumittuntur.

4 Dedititij *n* verò sunt, qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publice pro criminibus cæsi sunt: aut in quorum facie *o* vel corpore quæcumque indicia *p* aut igne, aut ferro *q* impressa sunt, & ita impressa sunt, vt deleri non possint. ij si manumissi fuerint, Dedititij appellantur.

5 Sed inter hæc tria genera libertorum ideò ciues Romani meliorem statum habent: quia & testamenta facere, & ex testamento quibuscunq. personis succedere possunt. Nam & Latini, & Dedititij nec testamẽta condere *r*, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare. Tamen Latini certis *s* rebus priuilegia ciuium Romanorum Libertorum consequi possunt: Dedititij verò nulla ratione possunt ad ciuium Romanorum Libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum *t* ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegia consequuntur.

6 Non tamen omnes domini seruos suos manumittere possunt. Nam si aliquis multa debita habeat, cuius substantia a creditoribus teneatur obnoxia *v*, si in fraudẽ creditoris sui seruos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet.

7 Aut si libertus ciuis Romanus filios liberos non habuerit, & in *x* fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumissio non valet.

8 Præterea minor quicumque vinginti annorum dominus, seruo suo libertatem dare non potest, nisi forte tãtùm minor manumissor, cui pater suus & mater a patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certe pædagogum *y*, aut collactaneum manumittat. Nam quamlibet dominus. i. quatuordecim annos egressus *z*, testamentum facere possit, & heredem instituere, & legata relinquere, libertatem tamen seruis non *a* potest in hac ætate conferre.

DE NVMERO *b* SERVORVM TESTAMENTO MANVMITTENDORVM *c*.

TIT. II.

CONSTITVTVM est *d*, quantum seruorum numerũ testamento de quanta familia liceat manumitti, hoc *e* ordine: vt si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit. Qui verò tres, duos testamento manumittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decem, quinque. Qui vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem & septem: similiter quinque. Qui decem & octo, sex. Et ab hoc numero vsque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat. Qui ampliùs quam triginta habuerit, vsque ad centum, quartam partem de numero seruorum manumittere potest. Qui verò plures quàm centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutum est, vt de qualibet grandi familia, nulli ampliùs quam *f* centum testamento manumittere liceat.

2 Nam qui voluerit aut in Ecclesia, aut ante Consulem, aut inter amicos aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnẽ *g* familiam iugo seruitutis absoluere.

3 Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quàm continet numerus suprascriptus, ordo seruandus est: vt illis tãtùm libertas valeat, qui *h* prius manumissi sunt, vsq. ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa. Qui verò postea supra constitutum numerũ manumissi legũtur, integrè in seruitute eos certũ est permanere. Quod si non nominatim serui, vel ancillę in testamento manumittantur, sed confuse omnes seruos suos, vel ancillas is qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli *i* penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas sed omnes in seruili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam & si ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit. i. in circulo *k*: vt qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem valere manifestum est, si agnosci non potest qui prior qui posterior manumissus fuerit.

4 Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem *l* huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis *m*, aut quibuscunq. aliis rebus seruis suis pluribus quàm per testamentum licet, cõferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, ij qui prius manumissi fuerunt, vsque ad numerum superius constitutum, liberi erũt. Qui verò post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt.

5 Nam si incolumis quoscunque diuerso tempore manumisit: inter eos qui per testamentum manumissi sunt: nullatenus computentur.

a Instit. de iure personarum in pr. l.3. ff. de statu hominum.
b Instit. de ingenuis.
c ex iusta *l.6. ff. de statu hom.*
d de iusta seruitute *v. l.3. ff. de stip. seruor.*
e dixi ad Vlpia. *1. paragr.5.*
f dixi ad Vlp. *1 paragr 6.*
g vt quid Caio Ethnico, Ecclesiæ nomen? lege igitur, aut censu aut ante Consulem.
h idem ac si diceret, apud prætorem, vel vindicta *Vlp. d. loco paragr.7.*
i v. C. de Latina libert.
k v. l. vn paragr. 1. C. de Latina libertate.
l dixi ad *Vlp. 1. paragr.10. ad de l. vn paragr.2. C. de Latina libert.*
m per mensam *Theoph. Inst. de libertis.*
n v. C. de dedititia liber. tol. Vlpian. 1. paragr. 11.
o aut frõte *Theophil. Inst. de liber. paragr.* τῷ δὲ ἀπεκδιδέρων.
p σίγματα *Theoph. ibid.* vestigia *Vlp. 1. paragr. 11.* cicatrices, notæ *l. 1. paragr. 8. ff. de fugitiuis: vbi dixi de huiusmodi notis.*
q aut verubus vnde subuerbustæ quasi verubus vstæ. Plautus vlcerosam, compeditam, subuerbustam, sordidam. Festus in voce Subuerbustam. Tertullianus *in libro de Pallio*, subuerbustos in liberalibus, intelligit autem σιγματίας.

r v. paragr. 4. Inst. de succes. lib.
s de quibus *v. Vlp. 3.*
t 3. Vlp. 4.
v nec sit soluẽdo *v. Vlpian. 1. §. 14: v. Inst. quib. ex caus. manum. non licet: l. 10. l. 16. ff. qui & à quibus manum. liberi non fiant.*
x dixi ad Vlp. 1. paragr. 15.
y paragr. 5. Instit. quib. ex caus. manumit: l. 13. ff. de manum. vindict.
z d. l. 13.
a id meritò hodie abrogatum & immutatum est *paragr. 7. Inst. qui manumit.*
b v. l. 5. ff. qui testam.
c dixi ad Vlp. 1. paragr. 24.
d Lege Fusia Caninia. *v. Instit. de lege Fus. Canin. tollenda.*
e v. Paul. 4. sent. 14. paragr. vlt.
f dixi ad Vlp. d. loco. Vopiscus *in Tacito.* Seruos manumisit intra centum tamen, ne Caniniam transiisse videretur.
g Omnem familiam manumittere possumus. *Instit. de lege Fus. Can.*
h dixi ad Vlpian. 1 paragr. 24. in fi.
i l. 42. l. 43. ff. de hæred. inst.
k i: in orbe & permixtim.
l Vetitus testamento plures (quàm lege definiti sint) seruos manumittere. in fraudem legis per epistolam manumittere alios non potest;
m Epistola manumittere quis seruum potest. vt & codicillis: *Paul. 4. sent. 14. paragr. 2.*

DE IVRE PERSONARVM.

TIT. II.

LIQVAE personæ sui *a* iuris sunt, aliquæ alieno iuri subiectæ sunt. Itaque cùm *b* ostenditur quæ personæ alieno iuri subiectæ sint, tunc euidenter agnoscitur, quæ sui iuris sint.

2 In *c* potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere certum est: sed distringendi in seruos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi *d* tantùm seruos suos domini licentiam non *e* habebunt: nisi forte seruus dum pro culpæ modo ceditur, casu forsitan moriatur. Nam si *f* seruus dignum morte crimen admiserit, iis iudicibus, quibus publici officij potestas commissa est, tradendus est, vt pro suo crimine puniatur.

3 In *g* potestate etiam patrum sunt filij, ex legitimo matrimonio procreati.

DE MATRIMONIIS.

TIT. IIII.

LEGITIMAE sunt nuptiæ, si Romanus Romanam *h* nuptiis *i* interuenientibus, vel consensu *k* ducat vxorem.

2 Sed non *l* omnes personas vxores ducere licet: quia nec *m* patri filiam, nec filio matrem, nec auo neptem, nec nepoti auiam. Quod non solùm de personis, quæ nobis propinquitate coniunctæ sunt, sed *n* etiam de adoptiuis, hoc est adfiliatis, iussum est, obseruari. Nam etsi *o* per emancipationem adoptio dissoluatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas.

3 Inter *p* fratrem quoque & sororem, siue eodem *q* patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matrib. aut patrib. matrimonia esse nõ possunt. Inter adoptiuos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi *r* forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta. nam si emãcipatio interuenerit, nuptiæ inter huiusmodi fratres licito contrahuntur.

4 Fratris quoque & sororis filiam *s* vxorem ducere non licet.

5 Sororem quoque patris *t* ac matris *v* vxores accipere non licet.

6 Genero quoque socrum *x* suam: nec socero nurũ *y* vxorem accipere licet, neque vitrico priuignam *z*, neque priuigno nouercam *a*.

7 Fratres enim amitinos vel consobrinos in matrimonium iungi nulla ratione permittitur *b*.

8 Sed nec vni viro duas *c* sorores vxores habere, nec vni mulieri duobus *d* fratribus iungi permittitur.

9 Quòd si quis incestas vel nefarias, id est, quæ sunt superius comprehensæ, nuptias inierit, nec *e* vxorem habere videtur, nec filios *f*. Nam ij qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem videantur habere, patrem verò nullatenus habere censentur & tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur: qui spurij *g* appellantur, hoc est, sine patre filij.

10 Regula iuris hoc continet, vt qui legitimè concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant: qui verò non *h* de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore quo nascuntur. Ac proinde legitima coniunctione conceptus, etiamsi mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat: ille qui legitimè conceptus est, ingenuus nascitur. nam qui non legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilla dum prægnans est, libera facta fuerit, liber nascetur: si verò ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit, seruus nascetur: quia non legitime, sed vulgo *i* conceptus est.

DE ADOPTIONIBVS *k*.

TIT. V.

DOPTIO naturæ *l* similitudo est, vt aliquis filium habere possit, quem non generauerit.

2 Et ipsa adoptio duobus *m* modis fit. vna quæ adrogatio dicitur: alia, quæ adoptio. Adrogatio est, quãdo aliquis patrem non habens *n* adoptatur, & ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideo adrogatio dicitur *o*, quia & ille qui adoptat interrogatur, vtrùm illum quem adoptat filium habere velit: & ille qui adoptatur, interrogatur, vtrùm id fieri velit. Illa verò alia adoptio est, vbi quis patrem habens *p*, ab alio patre adoptatur: & ita ille qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate.

3 Nam & fœminæ *q* adoptari possunt, vt loco filiarum adoptiuis patribus habeantur: fœminæ verò adoptare *r* nõ possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habẽt.

4 Spadones *s* autem qui generare non possunt, adoptare possunt. Et licet filios generare non possint, quos adoptauerunt filios habere possunt.

5 Si quis verò filios habens se dederit adoptandum, non solùm ipse in patris adoptiui potestatem redigitur, sed *t* & filij eius, si tamen auum paternũ non habuerint, in adoptiui patris trãseunt potestatẽ, tanquam nepotes.

QVIBVS MODIS FILII EXEVNT DE POTESTATE PATRIS.

TIT. VI.

FILII qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiũt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, in eius post patris sui obitũ erunt filij potestate. Nam si pater moriatur, & auus *x* paternus viuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in aui remanet potestate qui *y* auo mortuo sui iuris efficitur. Item si moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc *z* nepotes liberi & sui iuris erunt, & in patris emancipati potestatem non veniunt.

2 Item de potestate patris exeunt filij, si pater eorum in exilium *a* missus fuerit: quia non potest filium ciuem Romanũ in potestate habere homo peregrinæ *b* conditionis effectus. Itẽ filius si viuo patre in exilium *c* missus fuerit, in potestate patris ciuis Romanus esse non potest, quia similiter peregrinæ conditionis factus cognoscitur.

3 Item si ab hostibus pater captus *d* sit: in potestate quandiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminij omnem, sicuti in aliis rebus, ita & in filios recipit potestatem. Si verò pater qui ab hostibus captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est, filij sui iuris effecti intelliguntur.

4 Item per emãcipationem *e* filij sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus *f* emancipationib. de potestate patris exit, & sui iuris efficitur. Mancipatio autem, hoc est manus traditio quædam similitudo *g* venditionis est: quia & in *h* emancipationib. præter illum, hoc est certum patrẽ, alius pater, adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filiũ suũ fiduciario *i* patri mancipat, hoc est manu tradit. à quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos nũmos, quasi in similitudinem pretij accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secũdò & tertiò *k* fit, & sic de patris potestate exit. Quæ tamen mancipatio solebat ante Præsidem fieri, modo ante Curiam facienda est: vbi quinq. testes ciues Romani in præsenti erũt, & pro illo qui Libripens *l* appellatur, id est stateram tenens, & qui Antestatus *m* appellatur, alij duo, vt septẽ testium numerus impleatur. Tamen cùm tertiò mãcipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, vt ei à fiduciario patre remãcipetur *n*, & à naturali patre manumittatur: vt si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater, nõ fiduciarius succedat. Fœminæ *o*, vel nepotes masculi ex filio, vna emãcipatione de patris vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur. Et ij ipsi quamlibet vna mãcipatione de patris vel aui potestate exeant, nisi à patre remãcipati fuerint, & à naturali patre manumissi, succedere eis naturalis paternõ potest, nisi fiduciarius à quo manumissi sunt. nã si remancipatũ sibi naturalis pater vel auus manumiserit, ipse eis in hereditate succedit. Quòd si habeat quis filiũ, & ex eo nepotes, & voluerit filiũ emãcipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est: aut si voluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, & hoc ei pro iuris ordine licere manifestũ est. Quod nõ solùm de nepotibus, sed & de pronepotib. similiter facere potest.

DE TVTELIS *p*.

TIT. VII.

TVTORES aut legitimi sunt, aut testamentarij. Legitimi sunt, qui pupillo per virilem *q* sexũ *r* propinquitate cõiunguntur: & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia *s* is qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem. Testamentarij *t* sunt, quos patres

a dixi ad Vlp. 4.
b l. 1 ff. de his qui sunt sui Inst. de his qui sunt sui in pr.
c d. l. 1. §. 1. §. 1. Inst. de his qui sunt sui.
d d. l. 1. §. 2. l. 2. ff. de his qui sunt sui: §. 2. Inst. de his qui sunt sui.
e & ita ius vetus vitæ & necis abrogatur adde l. 11. ff. de sicar.
f v. l. 96. ff. de verb. obl.
g Inst. de patria potest in pr: l. 3. ff de his qui sunt sui.
h v. Inst. de nupt. in pr. dixi ad Vlp. §. § 4.
i i ritu solemni.
k v. l. 15. in f. ff. de cond & demon. l. 10. ff. de reg. iur.
l §. 4. Inst. de nupt.
m d. parag. 4: l. 53. l. 68. ff. de ritu: l. 17. C. de nup. 5. Vlpian. 6.
n d. parag. 4. ver. & hæc adeo l.
o d. paragr. 4. in f: d. l. 55: l. 13. in f. ff. de adopt.
p paragr. 2. vers. sanè inter fratrẽ Inst. de nupt: l. 17. C. de nuptiis.
q d. vers. sanè.
r d. paragr. 2. ver. sed si qua: l. 17. ff. de ritu.
s paragr. 3. Instit. de nuptiis: l 39. ff. de ritu. l. 17. C. de nupt: l. vlt. C. de incestis.
t id est amitam paragr. 5. Instit. de nupt. l. 17. in f. ff. de ritu.
v id est materteram d. paragr. 5. d. l. 1. ff. de ritu: l. 17. C. de nuptiis.
x paragr. 7. Inst. de nuptiis l. 17. C. de nuptiis.
y paragr. 6. Instit. de nuptiis: d. l. 17: l. 5. in f. ff. d cond. sine causa: l. 38. ff. de adult.
z d. §. 6. ver. Item si adhuc priuigna: l. 5. in f. ff. de cond. sine causa: l. 14. in fi. l. 40. ff. de ritu: l. 38. ff. de adulter: l. 17. C. de nupt.
a l. 38. ff. de adul: Nouel. 115. c. 3. §. 5. l. 17. C. de nuptiis.
b Imò, permittitur paragr. 4. Inst. de nuptiis: dixi ad l. 19. Cod. de nupt.
c l. 5. l. 8. C. de incestis.
d d. l. 5. d. l. 8.
e Pœna incestarum nuptiarum.
f nec dotem §. 12. Instit. de nupt: l. vlt. ff. de condic. siue causa l. 52. ff. de ritu.
g dixi ad Vlp. 4. paragr. 2.
h adde l. 24. ff. de statu.
i Qui vulgò cõceptus: v. l. 23. ff. de statu homin.
k 1. ff. 7: 1. Instit. 11: 8. Vlp.
l l. 1. l. 16. ff. de adoptionib §. 8. Inst. de adoptionib: 8. Vlp. 1.
m parag. 1. Inst. eo: l. 1. in f. l. 2. ff eod.
n id est qui sui iuris sit d. paragr. 1. d. l. 2.
o vnde dicta adrogatio.
p & ita non sui iuris.
q 8. Vlp. 5: l. 21. ff. eod.
r v. 8. Vlp. 9: §. 10. Instit. eo.
s 8. Vlp. 6. §. 9. Instit. eo: l. 2. §. 1. l. 40. in f ff eod.
t d. l. 40. in pr. 8. Vlp. 8: paragr. 11. Inst. eo. l.
v 1. Instit. 12. Nouel. 81. de emancipationibus liberorum 8. Cod. 49. quemadmodũ filij efficiuntur sui iuris Paulus 2. sent. 25: 10. Vlp.
x Inst. eo. in pr: l. 15. ff. quando dies: 10. Vlp. 2.
y l. 5. in f. ff. de his qui sunt sui.
z Inst. eod. in pr.
a Exilio patris, filius fit sui iuris, vt hic: Exilio filij pater suam potestatem amittit. j. adde deportationem insulæ paragr. 1. Instit. eod. aquæ & ignis interdictionem 10. Vlp. 3. relegationem. paragr. 2. Inst. eod. pœnæ seruitutem paragr. 3. Inst. eod, l. 7. ff. de his qui sunt sui.
b Peregrinus ciuem in sua potestate non habet, vt hic: vt è contra. Ciuis in sua potestate peregrinum non habet Vlp. 10. paragr. 3.
c v. §. 20.
d Vlp. 10. §. 4. §. 5. Inst. quib. mod. ius patriæ potest.
e tit. C. de emancipation b. Paul. 2. sent. 25. paragr. 2. 3. 4 5.
f v. 10. Vlp. 10.
g Mancipatio, similitudo venditionis. Ter igitur mancipari, est ter vẽdi Trina mancipatio, trina venditio.
h Huiusmodi venditiones liberarum personarum figuratæ l. 6. C. de emancip. liber. & imaginariæ dicuntur paragr. 6. Inst. quib. mod. ius patriæ potest: vanæ obseruationes d. l. 6: & antiquæ d. paragr. 6. vt quæ non sine iniuriis & alapis fierent Nouel. 81. Idque receptum erat ex lege XII. Tabul. Si pater filium ter venũdarit, filius à patre liber esto Vlp. 10. paragr. 1. quam itidẽ constat ex legibus Romuli mutuatam Dionys. Halicarn. 12. Olim parentibus licuit quoque filios interficere dixi ad l. 11. in f. ff. de liber: adde l. vlt. C. de patria potestat. Hodie vetitum est, ne quis filios vendat, donet, vel pignoret l. 1. l. 2. C. de patrib. qui filios distraxerunt. Vetitum est etiam ne interficiat d. l. vlt.
i fiduciarius pater.
k ne id ita intelligas, quasi trinę illæ venditiones fierẽt vno & eodem tempore: cùm singulis diebus, adhibitis testibus fieri possent, vel eodem die, vel intermisso, Paul. 2. sent. 25. paragr. 2. adeo vt filius ex prima, secundáve mancipatione manumissus reuersus in patriam potestatem, adgnasceretur suus hæres Vlp. tit. 23. paragr. 3. j.
l Libripens.
m Antestatus.
n Remancipatio.
o dixi ad Vlp. 10. paragr. 1. in f.
p 11. Vlpian: 1. Instit. 13.
q 11. Vlp. 4. paragr. 1. Inst. de legit. agnator. tut.
r Legitimi tutores, propinqui masculi.
s Vbi tutela, ibi hæreditas l. 1. ff. de legitim. tutoribus.
t vide ff. de testament. tutel.

a id est, parentes. *l.1.ff.de test.tut.paragr.3.Instit.de tutelis.* *b* quid mater? Ea liberis tutorem dare potest, confirmandum tamen à magistratu *l.1.paragr.1.l.2.ff.de confirmando tutore.* *c* in potestate *d.l.1:11.Vlp.15.* *d vide titulum ff.de tutorib. datis: adde Instit. de Attiliano tutore.11.Vlp.18.* *e* 12.*Vlp.11.Instit.23:27.ff.10.* *f* prodigos intelligit, qui neque patres *a* aut aui paterni *b* in testamento suo tutores filiis *c*, aut nepotibus delegauerint. Quòd si nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquisitione iudicis pupillis tutores dantur *d*.

DE CVRATORIBVS *e*.

TIT. VIII.

PERACTIS pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euersores *f*, insani. Ij qui minores sunt, vsque ad viginti & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui verò euersores, aut insani sunt, omni tempore vitæ suæ sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

tempus, neque finem impensarum habent *l.1.ff.de curatorib:* 12.*Vlp.2:paragr.3.Instit. de tutorib.* hinc domus euersio *l.vltim. ff. de offi. præsidis.* quam Græci οἶκος αἰκαπαγωγὼ patrimonium euertere *l.1. ff. si familia.* interuersores *l.8. Cod. de iure fisci:* euersores *l.2. Cod. de palatinis sacr. largit: l.1.Cod.de Theodos.suscept.*

CAII INSTITVTIONVM,

LIBER II.

DE REBVS *a*.

TIT. I.

CAIVS superiori commentario de iure personarum aliqua disputauit. Nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat.

2 Omnes itaque res aut nostri iuris sunt, aut *b* diuini, aut publici. Nostri *c* iuris sunt, quæ in proprietate *d* nostra esse noscuntur. Diuini *e* iuris sunt ecclesiæ, id est templa Dei, vel ea patrimonia, ac substantiæ, quæ ad Ecclesiastica iura pertinent. Publici *f* iuris sunt murig, fora, portæ *h*, theatra *i*, circus, arena *k*, quæ *l* Antiqui sancta appellauerunt *m*, pro eo quòd exinde tolli aliquid aut contingi *n* non liceret. Sed hæc omnia in nullius *o* bonis sunt, ideo *p* publici iuris esse dicuntur. Sed & res hereditariæ *q* antequàm aliquis heres existat, id est, quando dubitatur, vtrum scriptus, an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur *r*.

3 Præterea quædam res corporales *s* sunt, quædam incorporales *t*.

4 Corporales *v* sunt, quæ manu tangi possunt: velut ager, mancipium, vestis, aurum, argentum, & iis similia. Incorporales *x* sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ non in corpore, sed in *y* iure consistunt, sicut est hereditas *z*, & obligationes diuersis contractibus scriptæ. Et licet hereditas, vel emptio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant, ius tamen ipsius hereditatis vel emptionis, aliorúmque contractuum incorporale est.

5 Incorporalia *a* etiam sunt iura prædiorum vrbanorum vel rusticorum. Prædiorum vrbanorum *b* iura sunt, stillicidia fenestræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigendæ & luminum: vt ita quis fabricet, vt vicinæ domui lumen non tollat. Prædiorum verò rusticorum *c* iura sunt, via vel iter, per quod pecus aut animalia debent ambulare, vel ad aquam duci, & aquæ ductus, quæ similiter incorporalia sunt. Hęc iura tamen rusticorum prædiorum *Seruitutes d* appellantur.

6 Item regulariter constitutum est, vt superposita inferioribus cedant: Vt si quis in solo *e* nostro sine nostro permissu domum ędificauerit ad eum cuius terra est, domus ædificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas *f* quascunque posuerit, similiter superficies *g* solo cedat *h*. Vel si messem in campo seminauerit *i*, omnia hæc quæ in terram alienam iactantur, domino terræ adquiruntur. Quod & de chartis *k* & pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis vel argenteis literis, similiter eius est scriptura, cuius charta aut pergamenum fuerit. Quod & de tabula, hoc est, si aliquis in tabula mea picturam feceris, obseruatur: quia statutum est, vt tabulæ pictura *l* cedat.

7 Quòd si quis ex vuis *m* meis vinum, aut spicis *n* frumentum, aut ex oliuis *o* oleum fecerit: eius vinũ, triticum, vel oleum est, cuius spicæ, aut vuæ, aut oliuæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem *p* aut armarium, aut quodcunque ad vsum pertinens, fecerit, simili ratione eius erunt quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam, si ex lana *q* vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana vel linum fuisse probabitur.

8 Sed in iis omnibus superiùs comprehensis, quicunque in terra aliena aliquid posuerit, aut ædificauerit, aut horũ quæ dicta sunt, aliquid fecerit, illis qui aliena præsumpserunt hoc competit, vt *r* expensas vel impendia, quæ in iis fecerint, a dominis qui rem factam vindicant, recipere possint.

9 Acquiritur autem nobis non solùm per nosmetipsos, sed *s* & per eos qui in potestate nostra sunt. sicut filij *t* vel serui *v*: quia quicquid iis à qualibet persona donatum, vel venditum fuerit, aut heredes fuerint instituti, id patribus & dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: præter *x* eos filios, quibus per leges castrense peculium habere permissum est. Hi verò serui qui in vsufructu *y* nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tãtùm vsufructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hereditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non vsufructuario acquiritur.

DE TESTAMENTIS *z*.

TIT. II.

PER vniuersitatem *a*, hoc est, omnia simul bona acquirimus hereditate *b*, emptione *c*, adoptione, quia is quem adoptauerimus, si sine patre est, cum *d* omnibus bonis suis ad nos transit.

2 Id quoque statutum est, quòd non *e* omnib. liceat facere testamentum. Sicut ij sunt, qui sui *f* iuris nõ sunt, & alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filij *g* tam ex nobis nati, quam adoptiui.

3 Item testamenta facere non possunt impuberes *h*, id est, minores quotuordecim *i* annorum, aut puellæ XII.

4 Item & ij qui furiosi *k*, i. mente insani fuerint, non possunt facere testamenta.

3 Sed ij qui insani sunt, si interualla *l* ipsius insaniæ habent, per interualla quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

DE EXHEREDATIONE *m* LIBERORVM.

TIT. III.

IS qui filium in potestate habet, curam agere debet, vt testamentum faciens, masculum filium aut nominatim heredem instituat, aut nominatim exheredet. Nam si masculum filium in testamento præterierit, non valebit testamentum.

a v. Inst. de rer. diuis. & adquir. ipsar. dom: 2.tit. 1: Vlp 19. de dominiis & adquisitionib. rerum: 1. ff.8.de diuis.rer. *b* Caius in lege 1.ff.*de diuis.rer.* *c* Res nostri iuris, quæ & iuris humani dicuntur *in d.l.1.* *d* seu nostro patrimonio *Instit. de rer. diuis. in pr.* *e d.l.1.* *f* Publicæ res nullius in bonis sunt *d.l.1.* *g* Muri res factæ *paragr. 10. Instit. de rer diu. l.1.l.8.in fin. ff.de diuis.rer.* ideóq. nullius *paragr.7. Inst. de rer. diuis. d.l.1.* *h v.d.paragr.10. d.l.1.l.8.* *i* ea dicuntur esse vniuersitatis, *paragr.6.Instit.de rer.diuis: l.6.paragr.1.ff.de diuis. rer.* *k* Locus gladiatorum. hinc in arenam se dare *l.vlt. ff.de fugit: l.4. ff.de accusationib.* *l* hæc particula referenda est ad muros, fora, portas, theatra, circum & arenam. *m paragr.10.Instit.de rer.diuis.* *n facit l.8.in f. ff.de diuis.rer.* *o paragr.7.Instit. de rer. diuis.* *p* Quæ nullius, publica sunt *q l.1.ff.de diuis. rer.* *r v.tamen l.31.in f. ff. de hæredib. instit.* *s v.paragr.4.eo.* *t v.paragr.5.eo.* *v l.1.paragr.1.ff. de diuis.rer:paragr.1. instit.de reb. corporalib.* *x l.1.paragr.1.ff. de diuis.rer: paragr. 2. instit. de reb.corporalib.* *y* Incorporalia, in iure consistunt. *z l.119.ff.de verb.signif.* *a paragr.3.Inst.de reb. corporalib:l.1.in f.ff.de diuis.rer.* *b paragr.1.Inst.de seruitut. præd: l.2.ff.de seruit. præd.urban.* *c Instit.de seruitutib.in pr:l.1.ff.de seruitutib.rusticor.* *d v.tit.ff.de seruitutib.* *e* Aedificium solo cedit *paragr.30.Inst.de rer.diuis.* *f* Planta solo cedit *paragr.31.Inst.de rer.diuis.* *g* superficium quæ vox reperitur in lege 32.*ff.de iure dot:l.39.ff.de legat.2.* *h* Superficies cédit solo *v. ff. de superficiebus.* *i* Res satæ solo cedunt §.32.*Inst. de rerum diuis: l. 9.ff.de rer.diuis.* *k* Scriptura charta cedit *paragr. 33.Inst.de rer.diuis: l.9.paragr.1. ff.de adqu.rer.* *l* Tabulę pictura cedit *paragr. 33. Inst.de rer.diuis:l. 23.paragr.3. ff.de rei vind.* Imò tabula picturæ cedit *l.9. paragr.2. ff.de adquir.rer.* *m* §.25.*Inst. de rerum diu.l.7. §.7. ff.de adq.rer.dom.* *n d.§.25:d.§.7.* *o d.§.7:d.§.25.* *p d.§.25: adde l. 61.ff.de rei vind.* *q d.parag.25.inf.* *r* nota de exceptione vel actione ad sumptus & expensas. *s* §.30.32.*Inst.de rer.diuis: v.l.48. ff.de rei vindic.* *t Instit. per quas personas cuiq.adquiritur: l.10.ff. de adquir.rer:* *v* §.1.2. *inst. per quas pers. cuique paragr.3. inst. per quas person.* *x paragr.1.Instit. per quas pers.cuique: v.ff.de castrensi peculio.* *y* §.4. *Instit. per quas pers.cuiq. l. 10.paragr.3. ff.de adquir.rer.* *z* 20.*Vlp: 2.Inst. 10:3.Paul.4: 28: ff.1:6.C.22.23.* *a paragr.vlt.Inst. per quas pers.* *b d paragr.vlt.* *c* Successiones quæ fiebant per bonorum vẽditionẽ hodie sublatæ sunt, *Inst.de success. sublatis, quæ fiebant per bonorum vendit.* *d l.25.ff.de adopt: Instit.de adquisit. per adroga.* *e v.Inst.quib.non est permis. fac.testam.fa.* *f* Qui sui iuris non est, testari non potest *Inst. quib.non est permissam.* *g* 20.*Vlp.11:l.6.l.16.ff.qui testam:l.3.in f.C.qui test fac.poss:* nisi sint milites. Possunt.n.milites testari de castrẽsi peculio 3. *Paul.4.§.3.* *h* §. *Inst.quib. nõ est perm.* 20.*Vlp.12.* *i Paul.3.sent.4.§.1:l.5.ff.qui testam.* *k* §.1.*vers.furiosi: Inst.quib.nõ est permis.* 20.*Vlp.§.13:l.16.in f.l.17.ff.qui testam.* *l* 3.*Paul.sent.4.parag.5.* *m v.2.Instit.13.*

a Filiæ quondam poterant præteriri à patre *Instit. eod. vers. sed non ita de filiabus.* 22. *Vlp.* 16. 20. *b* Posthumorum alij viuo patre, post testamentum nascuntur: alij, post mortem: vtrique sæpe post testamentum *l.* 3. *paragr.* 1. *ff. de iniusto.* *c* de posthumorum institutione adde 3. *Paul. sent.* 4. *paragr.* 22.

d primo libro *titul.* 4. *paragr.* 10. 3.

e *l.* 7. *l.* 26. *ff. de statu*: *l.* 2 *paragr.* 6. *ff. de excusat.* adde tamen *l.* 9. *in f. ff. ad l. Falcid.*

f Melior posthumæ quàm natæ conditio. Hec præterita non rumpit testamentum: illa, rumpit.

g Hoc genus adoptandi mutatum est. Fit enim hodie adrogatio apud Principem *l.* 2. *ff. de his qui sunt sui*, iure scilicet populi in principem translato.

h Sui iuris est, qui patrem non habet.

i Est enim duplex adoptionis species *l.* 1. *in f. ff. de adoptionib.*

k Adrogatione vel adoptione rumpitur testamentum *paragr.* 1. *Instit. quib. mod. testam.*: *l.* 8. ff. *de iniusto*: 23. *Vlp.* 3. *l paragr.* 2. *Instit. quibus mod. testa.*: 23. *Vlp.* 2: *l.* 1. *l* 2. *ff. de iniusto.*

m Capitis minutione testamentum infirmatur *paragr.* 4. *Instit. quib. mod. testam*: *l.* 5. *paragr.* 5. *ff. de iniusto.*

n Hæredum differentias *vide Instit. de hered. qualitate & differ.*

o Sui hæredes qui, *paragr.* 2. *Instit. de hered. qualit. & differ. l.* 1. *paragr.* 2. ff. *de suis.*

p paragr. 1 *Instit. de hered. qualit.*

q d. paragr. 1: *l.* 12. ff. *qui testam.* 22. *Vlp.* 24.

r d. paragr. 1.

s de extraneis heredibus *v. paragr.* 3. 4. 5. 6. 7. *Inst. de her. qualitate* 22. *Vlp.* 25.

t de substitutione vulgari 2. *Instit.* 15: pupillari 2. *Instit.* 15: de vtraque *v.* 28. *ff.* 6. & 6. *C.* 26.

v Substitutio secundi hæredis appellatio. substituitur etiam tertio gradu *Paul.* 3. *sent.* 4. *paragr.* 17. 22. *Vlpian.* 33.

x duplex substitutio.

y v. instit. de vulgari.

z v. instit. de pupillari.

a l. 1. *paragr.* 1. *Instit. de vulgari & pupillari.* post pubertatem filio miles potest substituere *l.* 15. ff. *de vulgari.*

b v. paragr. 3. *Instit. de pupillari.*

c inferioribus partibus *d.* §. 3.

2 Si verò filiam *a* præterierit, non rumpit testamentum filia prætermissa, sed inter fratres suos, legitimo stante testamento, suam sicut alij fratres consequitur portionem. Si verò testamento extranei heredes scripti fuerint, stante testamento filia medietatem hereditatis acquirit. Nam si facto testamento in quo filius masculus prætermissus est, euenerit, vt viuente adhuc patre filius qui prætermissus est moriatur, sic quoque quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamentum quod factum est non valebit.

3 Posthumorum duo *b* genera sunt: quia Posthumi appellatur ij, qui post patris mortem de vxore nati fuerint: & illi qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo nisi is qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: *Quicunque c si ius aut filia mihi natus natáve fuerit, heres mihi sit*: aut certe dicat, *exheres sit*, valere eius non potest testamentum: quia sicut superiùs *d* iam dictum est, legitime concepti pro *e* natis habeantur. Nisi quòd melior *f* conditio est posthumæ quam natæ: quia nata, si prætermissa fuerit, non rumpit testamẽtum: posthuma vero, sicut masculus, testamentum rumpit.

4 Si quis post factum testamẽtum adoptauerit apud populum *g* illum qui sui iuris est, hoc *h* est, qui patrem non habet, aut apud Prætorem *i* illum adoptauerit qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpitur *k* testamentum.

5 Posteriore *l* quoque testamento, quod iure factum est, id quod iure factum ante fuerat, rumpitur. Quòd si facto posteriore testamento heres scriptus, aut ante aditionem hereditatis moriatur, aut viuo testatore desecerit, aut conditio possibilis, sub qua heres institutus est, impleta non fuerit: is qui testamentum fecit, intestatus mori videtur: quia testamentum quod prius fecerat, testamento posteriore rescissum est, & quod posterius factum est, iis rebus, quas diximus infirmatur.

6 Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, si aliquis post factum testamentum capite *m* minuatur: id est, aut ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exilium deputetur. Similiter & si qui adoptatus fuerit, testamentum quod antequàm adoptaretur fecerat, non valebit.

7 Heredes autem sui sunt, aut *n* necessarij, aut extranei. Sui *o* heredes appellantur filij aut nepotes ex filiis masculis, quos in potestate auus vel pater habet. Necessarij *p* sunt heredes serui qui cum libertate heredes instituuntur. Necessarij ideo, quia aut velint *q* aut nolint, necesse est eis heredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxij, & putant *r* se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi seruos suos manumittunt, & heredes necessarios faciunt, vt quò magis heres quàm dominus infamiam incurrat, cùm res eius, id est, hereditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. Extranei *s* sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit heredes.

DE SVBSTITVTIONIBVS *t* ET DE FACIENDIS SECVNDIS tabulis.

TIT. IIII.

SVBSTITVTIO est, quæ post institutionem à testatore fieri solet, id est, secundi *v* heredis appellatio. Et duæ sunt *x*, quarum vna vulgaris dicitur, alia pupillaris.

2 Vulgaris *y* dicitur, *Ille heres mihi esto*: siue hoc filio siue extraneo, *Quòd si hereditatem meam adire noluerit, illum substituo ad quem hereditas mea debeat pertinere.*

3 Pupillaris *z* substitutio filiis tantummodò impuberibus dari potest, quæ ita fit: *Ille filius meus, si a intra pubertatem decesserit, illum ei substituo.* Sed pupillaris substitutio ita secreta *b* esse debet, vt ad notitiam substituti peruenire non possit, ne vitæ pupilli aliquas substitutus insidias moliatur. Nam in extrema pagina *c* testamẽti fieri debet, vt pars illa in qua substitutio pupillaris scripta est, quandiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat, & prior pars testamenti, in qua heres scriptus est, reseratur. Hoc etiam & *d* de donis fieri potest.

4 Nam si extraneus *e* heres scriptus sit, etsi aliquem substituere non possumus *f*, vt si heres extiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei heres sit, potest tamen per fideicommissum obligari, vt alij, rogatus à testatore, hereditatem aut integram, aut pro parte restituat.

e *paragr.* 3. *Inst.* *f* *Vlp. Paul.* 3. *sent.* 6. *Cod.* 37. & 30. 31. 32. 33. 34. ff. *h paragr.* 1. *Inst.* eo. *i v. paragr.* 2. *k v. paragr.* 3. 4. 5. 6. *eod.*

l v. paragr. 7. *m v. paragr.* 8. *n v.* 24 *Vlp.* 3.

o Formula legati per vindicationem.

p inde legatum per vindicationem dictum.

q v. 24. *Vlp.* 4.

r 24. *Vlp.* 8.

s alias formulas aptiores v. apud 24. *Vlp.* 4: & *paragr.* 1. *in f. Instit. de legat*: *Paul.* 3. *sent.* 6. *paragr.* 6.

t Per damnationem res aliena relinqui potest: per vindicationem non potest *v.* 24 *Vlp.* 7. Huc etiam pertinet, per damnationem rem creditori obligatam legari posse à sciente testatore *Paul.* 3. *sent.* 6. *paragr.* 8.

v Quę in rerum natura nõ sunt, legare possumus per damnationem, non per vindicationem. *x* 28. *Vlp.* 13. *in pr.*

y Coniunctim legare possumus per damnationem & vindicationem. *z* 24. *Vlp.* 13. *in fi.*

a Res pluribus legata per damnationem, non per vindicationem singulis legatariis debetur. vni res, alij æstimatio *paragr.* 8. *in fin. eod.* adde *Paul.* 3. *sent.* 6. *paragr.* 3. *in fi.*

b §. 2 *Inst. eod.*

c sunt & alia commodiora. *quibus vide* 24. *Vlpian.* 5.

d 24. *Vlp.* 11.

e hanc vocem superesse notat Cuiacius 24. *ad Vlpianum.*

f possunt etiam iura relinqui sinendi modo. *Paul.* 3. *sent.* 6. *paragr.* 11.

g Formulas legandi per præceptionem *v. apud Vlp.* 24. §. 6.

h Paul. 3. *sent.* 6. *paragr.* 1

i §. 6. *in f.* 5. *eod.*

k v. 2. *Inst.* 22. 35. ff. 2: 6. *C.* 9: *adde* 25. *Vlp.* 32: *Paul.* 3. *sent.* 8.

l d. paragr. 32. §. 1. *in f. Inst. eo*: *l.* 73. ff. *ad l. Falc. Paul.* 3. *sent.* 8. *paragr.* 1.

m v. 15. *Vlpian.* 4. *Paul. sent.* 1. de fideicõmissariis hæreditatibus 2. *Inst.* 23: de singulis rebus per fideicommissum relictis 2. *Instit.* 24.

n paragr. 2. *Instit. de fideicommissar. hæreditatibus.*

o de quarta Trebellianica *vide paragr.* 4. *Institut. de fideicommiss. hæredit. & ad Sc. Trebel.* *l.* 1. *paragr.* 2. ff. *ad Trebel.*

DE LEGATIS *g*.

TIT. V.

LEGATORVM genera sunt quatuor *h*, vindicationis *i*, damnationis *k*, sinendi modo *l*, & præceptionis *m*.

1 Vendicationis *n* legatũ est, si testator sic *o* locutus fuerit: *Illum seruum tibi do, aut lego*: Vel, *Illã rem tibi præsume, habe, vendica.* *p* Quod post mortẽ testatoris statim legatarius non expectato herede, sibi præsumit. Quã si præsumpserit, nec pro præsumpto legato ab herede potest calumniam sustinere, nec si aliena res fuerit, quæ legata est, legatarius hoc poterit ab herede repetere. Si per vindicationem vna res multis legata sit, & singuli hanc ipsam rem præsumere velint, æquales singuli de re legata capiant portiones.

3 Per damnationem *q* isto ordine legatum dimittitur, vt testator in testamento scribat: *Tu heres meus illi hoc da*: aut, *Illud illi ab herede meo dari iubeo* *r*. In quo genere legati etiam alienæ *s* res per legatum dimitti possunt. Et necesse est heredi aut redimere eam rem, quæ iuris alieni est, & legatario tradere, aut si is cuius est res vendere noluerit, quantum res illa valebit, legatario in pretio compensare. Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest: & inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est ab herede aut ipsam rem, aut æstimationem rei in pretio legatario dari.

4 Cæterùm inter damnationis legatum & vendicationis hoc interest, quòd per vindicationem res aliena *t* relinqui non potest: per damnationem eo pacto, quo superius comprehensum est, potest. Illæ etiam res, quę *v* in rerum natura non sunt, per damnationem legato dimitti possunt, veluti si ita testator in testamento scribat: *Fructus qui ex illo agro nati fuerint*: aut, *id quod ex illa ancilla natum fuerit.* quod in legato vendicationis fieri non potest: quia non potest hæc legatarius testatore mortuo continuò vendicare.

5 Inter legatum vendicationis & damnationis ista similitudo *x* est, quòd legatum vendicationis, siue damnationis, si coniunctim *y*, id est, duobus aut pluribus vna res in legato dimissa fuerit, in vtroque legato simul ab omnibus præsumatur.

6 Inter legatum vendicationis, & damnationis ista distantia est, vt si disiuncti *z*, id est singulis quæcunque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis integra debeatur: Id est, vt vnus *a* rem ipsam accipiat, alij æstimationem rei ipsius in pretio ab herede percipiant.

7 Sinendi *b* modo hæc *c* legati verba sunt: *Ille heres meus rem illam illum permitte præsumere & sibi habere.* Nam & propriam rem testator & *d* heredis sui, & [alienam *e*] per sinendi legatum relinquere potest *f*. In quo legato non quidem heres legatario rem quæ relicta est iubetur tradere, sed vindicanti legatario non permittitur prohibere.

8 Præceptionis *g* verò legatum non nisi vni *h* ex heredibus dari potest, vt aliquid ei ex hereditate præcipuũ relinquatur. & si aut coniunctim, id est, multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus vna res tantum quæ nominata est debetur, non vni res *i*, & alij æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

DE LEGE FALCIDIA *k*.

TIT. VI.

LEGE Falcidia constitutum est: quicunque heres fuerit institutus, quartam *l* partem totius hereditatis habeat. Quod si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, vt Falcidiam sibi de imminutione legatorũ heres retineat, constante nihilominus testamento. Hic de Paulis sententiis addendum.

DE FIDEICOMMISSIS *m*.

TIT. VII.

POTEST aliquis recto *n* iure heredem instituere: & rogare eum, vt hereditatem suam, aut omnem, aut ex parte alij per fideicommissum reddat. Nam si heredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc obseruandum est, quod de Falcidia supra iam dictum est, vt heres institutus etiamsi omnem hereditatem alij restituere iussus sit, ita hereditatem alij restituat vt quartam *o* sibi ex ipsa hereditate retineat.

2 Et sing

2 Et singulæ *a* quæcunque res per fideicommissum *b* dimitti possunt, hoc est, fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum.

3 Ab ipso fideicommissario *c* alteri fideicommissum dimitti potest *d*.

4 Et à *e* legatario, licèt legatum dimitti non possit fideicommissum potest.

5 Et non solùm propriæ res à testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis, aut legatarij, aut cuiuslibet extranei *f*.

6 Ne legatarius, cui per testamentum parum dimissum est, plus g alij per fideicommissum quam id quod consequitur reddere iubeatur.

7 Cùm autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est heredi, vel legatario, rem illam quæ per fideicõmissum est relicta, aut redimere, & fideicommissario dare, aut *h* pretium eiusdem rei, quantum æstimata fuerit, fideicommissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus *i*.

8 Libertates *k* etiam seruis per fideicommissum dari possunt, vt heres vel legatarius ea mancipia manumittant, quæ testator ab iis vt manumitterent, sperauit. Nec interest, vtrum hoc testator de suis seruis, an de ipsius heredis vel legatarij, aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur heres emere ipsum seruum & manumittere. Sed si illum dominus suus noluerit vendere, perit per fideicommissum data libertas: quia in hac re heres æstimationem in pretio dare non cogitur: sed cùm per fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuerit, non testatoris, sed heredis libertus est.

9 Præterea inter fideicommissa & legata sunt quædam distantiæ *l*. Fideicommissum ad eum, cui aliquid commissum est, herede mortuo *m* poterit peruenire, si talis fuerit conditio testamenti: nam legatum ita relinqui non potest. Item *n* legatum per codicillum relictum non valet, nisi codicilli testamento fuerint confirmati: fideicommissum verò etiam *o* si testamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item *p*, per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item *q* per legatum seruo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest. Item *r* per codicillos *s* nemo heres institui potest, quanuis testamento confirmati sint: sed is qui testamento heres fuerit institutus, potest *t* per codicillum rogari, vt hereditatem, quæ ei data est, alij totam vel pro parte restituat. quod validum est, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. Item *v* quamuis non possimus post *x* mortem eius quem heredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicommissum rogare eum possumus, vt cùm moriatur, alij eam hereditatem vel totam, vel pro parte restituat. Et quia, sicut superiùs dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum ei cui relictum est, dari potest: quod hoc ordine fit, vt testator scribat: *Illum heredem instituo, & volo, vt quum mortuus fuerit, ad illum hereditas mea pertineat.* Præterea *y* & in hoc alia fideicommissorum & legatorum cõditio est, quia fideicommissa, si tardius quam scriptũ est soluta fuerint, vsuræ *z* & fructus debentur: legatorum vero vsuræ non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

a Inst. de sing. reb. per fideicommiss.
b & legatũ 24. *Vlp.* 25.
c Sic à posthumo hærede instituto fideicommissum relinqui potest *Paul.* 4. *sent.* 1. *paragr.* 2. ab imperatore hærede instituto *paragr.* 3. *b.* à surdo vel muto *paragr.* 4. *ib.* at non ab vxore, cui vir dotem prælegauit *paragr.* 1. *ibid.*
d quamuis à legatario olim legari non poterat *v. paragr.* 4. §. 20.
e Inst. de singulis reb. per fideicõmissum relictis: 24. *Vlp.* 20. sicuti nec hæredi à semetipso 24. *Vlp.* 22.
f nostras statim: alienas autẽ aut æstimatas aut redemptas *Paul.* 4. *sent.* 1. *paragr.* 7. nisi ignoratẽ rẽ alienam legauerimus *parag.* 8. *b.*
g dixi plenissimè *ad l.* 1. *paragr.* 17. *in f. ff. ad Treb.*
h Paul. 4 *sent.* 1. *paragr.* 7.
i tit. 5. §. 4. 3. *eod.*
k 25. *Vlp.* 18. *paragr.* 2 *Inst. de sin. reb. per fideic: l.* 12. *paragr.* 1. *ff. de fideic. hæred.*
l Differentie fideicommissi & legati hodie legata fideicõmissis exæquantur *v. l.* 1. *ff. de leg.* 1.
m Prima differentia.
n Secunda differentia 25. *Vlp. paragr.* 8. *in fi.*
o d. parag 8. *Pau.* 4. *sen.* 1. *parag.* 10.
p Tertia differentia.
q Quarta differentia.
r Quinta differentia.
s l. 10. *ff. de codicil: paragr.* 2. *Inst. de codicil. l.* 27. *in f. ff. de cond. inst.*
t paragr. 2 *Instit. de codicillis.*
v Sexta differentia.
x 24. *Vlp.* 16: *Pau.* 3. *sent.* 6. *paragr.* 5.
y Septima differentia.
z v. C. de vsuris & fruct. legator.

DE INTESTATORVM HEREDITATIBVS. *a*

TIT. VIII.

INTESTATORVM hereditates primùm ad suos *b* heredes pertinent. Sui *c* autem heredes appellantur, filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes, sui vocantur. Naturales *d* sunt hæ personæ, ac adoptiuę. Adoptiuorum enim comparatione legitimi *naturales* appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio auo sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte aut emancipatione discesserit: nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat, & ex eo nepotes, illi viuo patre suo, & in potestate aui constituto, sui heredes auo esse non possunt *e*.

2 Similiter Posthumi *f*, qui si viuo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui heredes sunt.

3 Si quando aliquis moritur, & reliquerit filium, aut filiam, & ex alio filio mortuo nepotes, neptésve: filij vel nepotes ex filio defuncto, patri vel auo hac ratione succedunt, vt filius vel filia suas partes, & nepotes ex filio portionem, quam *g* pater eorum erat habiturus, accipiant. quia regulariter cõstitutum est, vt inter suos proximior longiore gradu positos non excludat: & non in capita, sed in stirpem diuidatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est, ex vno filio vnum, vel duos nepotes, ex altero tres aut quatuor: similiter, sicut superiùs dictum est, in stirpem *h*, non in capita hereditas diuidatur, hoc modo vt illi duo nepotes ex vno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem hoc est, vt tales accipiant portiones, quales patres eorum si vixissent, habituri erant.

4 Si defuerint *i* heredes sui, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati *k* enim sunt per virilem sexum de functo propinquitate coniuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de *l* vno patre nati. Nec disputari potest, si de diuersis *m* matribus nascantur qui vno patre geniti sunt. Item patruus *n*, id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est. Ipso modo sunt fratres patrueles *o*, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur qui sint agnati, sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate coniuncti.

5 Non tamen omnib. simul agnatis lex hereditatem propinqui intestati dat, sed iis qui defuncto mortis *p* suæ tempore proximiores inueniuntur.

6 In fœminis verò alia conditio est: quia inter fœminas sola tantùm *q* soror consanguinea habetur agnata, vt germano suo defuncto, ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquæ fœminæ, hoc est, amitæ id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatib. propinquorum legitimæ sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum verò hereditates ad masculos propinquos agnationis cõditione perueniunt.

7 Regulariter constitutum est, vt inter agnatos proximior *r* posteriorem excludat, & inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato diuidatur hereditas. Nam inter suos, sicut superiùs diximus, alia ratio est, vt proximior posteriorem non *s* excludat, & semper hereditas in *t* stirpem nõ in capita diuidatur. Nãsi si quis moriens dimittat germanum, & ex altero filio germano filios: germanus frater quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filij non *v* succedunt. Item si moriatur quis, & de duob. germanis fratrib. dimittat filios duntaxat masculos, ex vno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor, similiter masculos: omnes quidem fratrum filij patruo suo ab intestato succedunt, sed non in stirpes, sed *x* in capita: ita vt illi duo ex vna parte duas accipiant portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nam si sorores habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filij in auunculi hereditate succedunt.

8 Nam & hoc regulare est, vt cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando *y* aut sui, aut agnati defuerint.

a parag. 3. §. 3.
b Nepotes ex filio, patri sui locũ repræsentant. siue cõcurrãt cum suis patruis *paragr.* 3. §. siue plures inter se *vt hic*: Inter fratrũ filios non est eadem successio, concurrunt enim inter se non in stirpes sed in capita *v. Nou.* 118. *c.* 3. *in fi.*
i Post suos, adgnati succedũt.
k Quinam adgnati.
l Consanguinei fratres, de vno patre nati de vno, id est eodẽ.
m Ex eodem patre, licet diuersis matribus geniti, agnati inter se.
n Patruus, patris frater.
o Fratres patrueles, duorum fratrum filii *l.* 1. *paragr.* 6. *ff. de gradib.*
p paragr. 6 *Instit. de legit. adg. succ.*
q 26. *Vlp.* 6 *Paul.* 4. *sent.* 8. *parag.* 3.
r paragr. 5. *Instit. de legit. adgn. succ.* 195. *b paragr.* 1. *ff. de verb. sign.*
s Inter suos, proximiores non excludunt posteriores.
t Inter suos hereditas diuidiatur in stirpes.
v hodie succedunt.
x Fratrum filij inter se succedunt in capita: qua de re dixi ad Vlpianum 26. *paragr.* 4: *& ad Nou.* 118. *c.* 3 *in f.*
y Post suos & adgnatos succedunt adgnati. hodie sublata est differentia adgnatorum & cognatorum *Nou.* 118. *c.* 4.
z v 3. *Inst.* 14: 44. *ff.* 7.

DE OBLIGATIONIBVS *z*

TIT. IX.

OBLIGATIO in duas species diuiditur. Nam omnes obligationes aut ex *a* contractu nascũtur, aut ex culpa. Quæ ex contractu nascuntur, quatuor *b* genere sunt, quæ singula hoc ordine distinguuntur. Aut enim re *c* contrahitur obligatio, aut verbis *d*, aut litteris *e*, aut consensu *f*.

2 Re *g* contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo *h* dantur, quæ in his rebus continguntur, quæ pondere *i*, numero, mensura cõtinentur: hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum, aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, vel aurum. Quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo, ad hoc damus vt eorum fiant qui ea accipiunt, & ad nos statuto tẽpore non ipsæ res, sed aliæ eius *k* naturæ, quales datæ sunt, atque ipsius ponderis, numeri, vel mensuræ reddantur. Propter quod Mutuum appellatum est, quasi à me tibi ita datum sit, vt ex meo tuum fieret.

3 Verbis *l* contrahitur obligatio ex interrogatione dantis, & responsione accipientis. ita vt si ille qui dat, interroget, *Hoc mihi dabis?* qui accipiet, respondeat, *Dabo.* Aut in obligatione debitoris, si aliquis fideiussor *m* accedat, ille qui *n* personã fideiussori tradit, interroget: *Istum fide tua esse iubes?* & ille respondeat: *Fide mea esse iubeo.* hac conditione non solùm ille qui debitor est, sed & is qui fideiussor existit, obligantur. Et non solum fideiussor ipse dum viuit, sed & heredes *o* ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxij. Creditor autem, qui pecuniam dedit, in potestate habet *p* ad reddendam pecuniam quem velit tenere, vtrùm ipsum debitorem, an fideiussorem. Sed si debitorem tenere elegerit, fideiussorem absoluit. quia vno electo, quem idoneum creditor iudicat, alterum liberat.

4 Sunt & aliæ obligationes, quæ *q* nulla præcedente interrogatione contrahi possunt, id est, vt si mulier siue sponso vxor futura siue iam marito dotem dicat: *r* Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligabitur, sed & pater eius, & debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quã ille debebat sponso creditricis, ipse debitor in dotem

a *adde paragr.* 1. *Inst. eod: l.* 1. *ff. eod.*
b d. l. 1 *paragr.* 1.
c v. paragr. 2. §.
d v. paragr. 3. *& sequent.* §.
e v. paragr. 13. §.
f v. paragr. 14. §.
g v. Instit. quibus mod. re contrahit.
h Inst. quib. mod. re in gr. l. 1 *paragr.* 1. *ff. de oblig.*
i l. 2. *paragr.* 1. *ff. de reb. cred.*
k l. 2. *paragr.* 1. *ff. de reb. cred.*
l Instit. de verb. oblig l. 1. § 7. *l.* 52. §. 2. *ff. de oblig. l.* 2: *in f. ff. de reb. cred.*
m v. Instit. & ff. de fideiussor.
n cui persona fideiussoris traditur.
o paragr. 2. *Instit. de fideiussorib: paragr.* 4. *in fi. ff. de fideiussorib.*
p hodie nõ habet *v. Nouel.* 4. *c.* 1.
q dotis dictio stipulationem non requirant.
r de dotis dictione *v. Vlp.* 6: *paragr.* 1 *& 2.*

dixerit. Hæ tantum tres *a* personæ, nulla interrogatione præcedente possunt dictione dotis legitime obligari. Aliæ verò personæ, si pro muliere dotem marito promiserint, communi iure obligari debent: id est, vt & interrogatæ respondeant, & stipulatæ promittant.

5 Item & alio casu, vno loquente, & sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio. i. si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse iurauerit. Exponendum hîc quid sit donum, aut munus, vel operæ: in qua re supradicti liberti non tam verborum solennitate, quàm iurisiurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.

6 Præterea inutilis est promissio, etiamsi stipulatione interueniente facta sit, si id aliquis daturum se promiserit, quod sui iuris non est: hoc est, si aut ingenuum *b* hominem quasi *c* seruum se daturum promittat. Aut si mortuum *d* aliquis, quem viuum credebat, promiserit. Aut locum sacrum, *e* aut sanctum, aut religiosum daturum se quicunque promiserit.

7 Præterea inutilis est promissio, si aliquis rem sub tali conditione promittat, quæ impleri pro *f* rei difficultate non possit.

8 Præterea inutilis est *g* interrogatio & promissio, si ita aliquis interroget debitorem, *Post mortem meam*, vel *tuam illud dari spondes?* Quod propterea inutile visum est, quia à persona heredis obligatio incipere non potest. Et ideò nec heredi creditoris sub hac sponsione obligatur debitor, nec debitoris heres creditori tenetur obnoxius.

9 Item inutilis est *h* obligatio si dicat creditor, *Pridie quàm moriar, dare spondes?* Vel interroget debebitorem, *Pridie quam moriaris?* Similiter & hæc stipulatio inutilis iudicatur, quia non potest sciri, quando sit pridie quàm aliquis moriatur, nisi postquam mortuus fuerit.

10 Item si *i* purè interroget creditor, & debitor sub conditione promittat.

11 Vel si creditor decem solidos debitorem interroget, & debitor quinq. *k* promittat: hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur.

12 Si quis nobis pecuniam debeat, possumus debitorem nostrum compellere, vt pecuniam quam nobis rediturus erat, alteri *l* se caueat redditurum. Neque potest ei, cui pro nostro debito cauet, de cauto & non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis afferre, cùm id quod à nobis accepit. alteri cauerit redditurum.

13 Literis *m* obligatio fit. aut à re in personam, aut à persona in personam. A re in personam, velut si id quod ex emptione aut conductione aut societate debes, alij reddas. A persona in personam, velut si id quod mihi alter debet, alteri personæ delegem, vt reddere debeat.

14 Consensu *n* fiunt obligationes, ex emptionibus & venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, & mandatis. quia in eiusmodi rebus consensus magis quam scriptura *o* aut solemnitas quæritur. In quibus rebus etiam inter *p* absentes obligatio contrahi potest, quod in aliis rebus fieri non potest.

15 Emptio igitur & venditio *q* contrahitur, cùm de pretio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etiam pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretij aut arrha data fuerit.

16 Locatio & conductio simili *r* ratione consistunt, vt consensu, etiam verbo definitio inter consentientes firma permaneat.

17 Societatem *s* inire possumus, aut omnium bonorum aut vnius alicuius negotiationis. Et potest ita *t* iniri societas, si tamen hoc inter socios conuenit, vt vnus pecuniam det, alter operam suam pro pecunia donat. Et huius rei definitio etiam verbo inita valet, ita vt quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit adquisitum, sociis commune sit.

18 Permanet *v* autem inita societas, quandiu in ipso consensu socij perseuerant: quia sicut consensu contrahitur, etiam dissensu soluitur. Dissoluitur ergo societas aut morte *x* vnius socij, aut contraria voluntate, aut capitis deminutione, id est si vnus ex sociis, sicut frequenter suprà diximus, capite fuerit deminutus.

19 Similiter & mandati *y* verbo potest. Et cùm verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negocia, aut aliena cuicunque agenda mandare, dummodo honestum *z* aliquid agi mãdemus. Nam si contra *a* mores bonos aliquid mandare voluerimus: hoc est, si cuicunque mandemus, vt alicui furtum faciat, aut homicidium *b*, aut adulterium admittat, in hiis rebus mandati obligatio non contrahitur.

20 Soluitur autem mandatum aut morte *c*, cui mandatum est, aut contraria *d* illius voluntate qui mandauit.

21 Sed is cui mandatur, mandati formam egredi *e* non potest. Aut si egressus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, non præiudicet mandatori.

a Vlp. 6. parag. 2.

b id est liberum *l.* 103. *de verb. obligat.*

c *paragr.* 2. *Inst. de inutil. stipul.*

d *d.l.* 103. *paragr.* 1. *Institut. de inutil. stipul. l.* 69. ff. *de verb. oblig.*

e *l.* 83. *parag.* 3. ff. *de verb. oblig. paragr.* 2. *Institut. de inutilib. stipul.*

f *v. l.* 31. ff. *de obligationib: l.* 35. ff. *de verb. oblig. paragr.* 1. *Institut. de inutil. stip.*

g hodie non est *paragr.* 12. *in pr. Institut. de inutil. stip.*

h hodie non est *d. paragr.* 12. *vers. sed & si quis ita stipu. pridie quàm moriar &c.*

i *v. paragr.* 5. *Inst. de inutil. stip.*

k *d. paragr.* 5. *in pr.*

l adde *parag.* 19. *Institut. de inutil. stip.*

m *v. Institut. de literarum oblig.*

n *v. Institut. de oblig: ex consensu l.* 2. ff. *de oblig.*

o *d. l.* 2. *paragr.* 1.

p *d. l.* 2. *paragr.* 2.

q *Institut. de empt. in pr: l.* 9 ff. *de contrah. empt.*

r *Institut. de locat. & conduct.*

s *v. Institut. de societate.*

t *paragr.* 2. *vers. nam & ita Institut. de societate.*

v *paragr.* 4. *Inst. de societate.*

x *paragr.* 5. *Institut. de societate.*

y *v. Institut. de mandato ff. & C. mandati.*

z *l.* 6. *paragr.* 3: *l.* 22. *paragr.* 6. ff. *mand.*

a *paragr.* 7. *Inst. de mandato: l.* 35. *paragr.* 2. ff. *de contrah. empt.*

b *d. l.* 22. *paragr.* 6.

c *l.* 26. ff. *mandati: paragr.* 1 ff. *de mandato.*

d *l.* 12. *parag.* 16. ff. *mandati: parag.* 9. *Institut. de mandato.*

e *l.* 5. ff. *mandati. paragr.* 8. ff. *de mandato.*

f 3. *Institut.* 30.

g *Institut. eod. v. l.* 107. ff. *de solution.*

h *v. l.* 17. *Cod. de solution b.*

i *l.* 99. ff. *de solutionib: Institut. quib. mod. tollit. oblig.*

k *l.* 4. ff. *de oblig. Institut. de obligat. quæ ex delicto.*

l *v.* ff. *de furtis: Institut. de obligat. quæ ex delicto.*

m *v. Institut. vi bonor. rapt or.*

n *v. Institut. de l. Aquil.*

o *v. Institut. de iniur.*

p Imo duo tantum *paragr.* 3. *Institut. de oblig. quæ ex delicto l.* 2. ff. *de furt.*

q manifestum furtum *l.* 3. ff. *de furtis.*

r non manifestum *l.* 8. ff. *de furtis.*

s conceptum. *paragr.* 4. *in prin. Institut. de obl. quæ ex delict.*

t oblatum *d. paragr.* 4. *vers. oblatum.*

v *paragr.* 4. *Inst. de oblig. quæ ex del.*

x *paragr.* 7. 8. *v. Institut. de obligat. quæ ex delicto.*

y id est depositam *paragr.* 6. *Institut. de obligat. ex delict.*

z *dixi ad l.* 40. ff. *de furtis.*

a *dixi ad l.* 36. *l.* 50. *paragr.* 1. ff. *de furtis: adde parag.* 12. *vers. si verò. Inst. de oblig. quæ ex delicto.*

